NUOVA RACCOLTA D'OPUSCOLI SCIENTIFICI, E FILOLOGICI

TOMO DUODECIMO.

All' Illustriss. e Reverendiss. Monsig.

GIAN DOMENICO MANSI

ARCIVESCOVO DI LUCCA.

IN VENEZIA,

PRESSO SIMONE OCCCHI.

Con Licenza de' Superiori, e Privilegio.

MDCCLXIV.

Illustrifs. e Reverendifs. Monfignore

Sfendo il Tomo XII. della mia Nuova Raccolta vicino a metterfi fotto il torchio, giunta m' è la nuova dell' elezione voftra a cotefto infigne Arcivefcovato. Me ne fono veramente allora rallegrato; vedendo non folamente, che il Romano Pontefice, ma ancora che la voftra Patria concorfa fia a riconofcere il voftro merito, e a premiare la voftra virtù. Voi fi sa, che tanto più degno fiete di queft' onore, quanto più vi fiete maneggiato per fuggirlo non folo prefentemente, ma ancora per lo paffato quando eravate in una età più

robusta. Voi volevate vivere a voi medesimo, al bene de' vostri prossimi, ai vostri studj, frutto de' quali sono tante, e tante Opere di vario genere, che renderanno il vostro nome immortale. Per dimostrarvi, quanto mi sia rallegrato di cotesta vostra elezione, e per darvene un attestato sincero del mio godimento, e della stima, e venerazione, che ho per la vostra persona vi offerisco questo Tomo della mia Raccolta, e nella di cui offerta, mi dispenso, dal seguire l'ordinario metodo di chi dedica, e nulla dirò della vostra nobile famiglia, nè de' gloriosi vostri Maggiori, come ne meno delle vostre virtù, che sono tanto al Mondo note, che bisogno non hanno, che io le metta in vista, e che offenda quella vostra umiltà, ch'essendo il fondamento di tutte le virtù, è in voi tale, che ne constituisce il vostro principale carattere. Iddio Signore vi conservi per lungo tempo in ottima salute, e avendomi amato quando eravate semplice Religioso, difendetemi al presente, e onoratemi della vostra Protezzione, mentre col più immutabile rispetto sono bacciandovi le sacre vesti

Di V. S. Illustriss. e Reverendiss.

Venezia 1. Luglio 1764.

Umilliss. Devotiss. Obligatiss. Servo
D. Angelo Calogierà.

PRE-

PREFAZIONE.

Ecco il presente Tomo XII. un po più prestamente di quello, che pensavo, non perche mi mancassero Opuscoli, ma perchè è scorso qualche cosa dentro che non avevo piacere che v'entrasse. Certe cose che non tendono ad altro principalmente se non se a scussonare, e che realmente non instruiscono perciò di qualche cosa utile, benchè sì ritrovino in esse delle cose buone, non parmi bene di darvi luogo nella mia Raccolta. Ogni uno che scorra questo Tomo vedrà che io parlo dell'Opuscolo in quarto luogo stampato, e intitolato Appendice alla Raccolta di Dissertazioni del Panteo Sacro di Rimino di cui non ne so l'Autore (uno de' motivi per i quali non do luogo nella mia Raccolta a certi Opuscoli, che pure hanno il loro merito) è sdrucciolato per entro se volessi dir il come, o il perchè non lo saprei. So che quando l'ho veduto stampato, mi dispiacque assai, e non posso seriamente approvarlo. Ma lasciato quest' Opuscolo di cui non sono contento parleremo degli altri che formano questo Tomo.

Il primo è un Commentario della Vita di Marcello prodotto per certa medaglia del Nobilissimo Museo Nani. Il P. D.

Fortunato Mandelli Camaldolese in occasione di dar qualche serie alle Medaglie del Museo sudetto, vi ritrovò questa di Marcello, ch'egli produce, senza per altro guarantirla dalla falsità, che alcuni le attribuiscono, non lasciando però senza qualche risposta le obbiezioni, che sono state fatte su questo proposito. Questo è il primo colpo di saggio di quest'erudito Monaco che potrà col tempo darci molto di più.

Succede a questo un Opuscolo sopra il culto del Beato Bonaventura Tornielli indirizzato al Reverendissimo P. Francesco Maria Pecoroni Procurator Generale de' Servi della di cui Religione fu il Beato Bonaventura. Ella è scritta colla solita erudizione ed evidenza dal Dottissimo Senatore il Sig. *Flaminio Corner* di cui abbiamo più volte parlato in questa Raccolta.

Il terzo Opuscolo contiene l' apocrifo evangelio di San Tommaso Apostolo, illustrato con una Lettera in cui indirizza quest' Evangelio il Padre Don *Giovanni Luigi Mingarelli* Can. del Salvatore, e novellamente eletto Professore di Lingua Greca nell' Università di Bologna al Reverendiss. P. Tommaso Agostino Ricchini Maestro del Sacro Palazzo. La lettera può dirsi una vera, dotta, ed erudita Dissertazione; veramente degna d'esser letta, e che al suo Autore fa molto onore, non meno, che gle ne facciano la traduzione, e le annotazioni che vi ha posto.

Non

Non parlo del quarto Opuscolo perchè già alcuna cosa ne ho detto nel principio di questa Prefazione per lo che passo al quinto, ch'è la Lettera dell' Abate *Vincenzo Zacconi*, al Nob. Sig. Conte Francesco Ginnani, che m'è stata communicata dal Sig. Annibale degli Abati Olivieri. In questa lettera due correzioni si fanno all' Istoria Ecclesiastica di Pesaro, e si danno le Notizie di due Vescovi di Strongoli Girolamo, e Matteo Zacconi quali si sono potute avere sulle carte unico fondamento per i scrivere sopra punti d' Istoria, come sulle carte ancora sono fatte le sopramentovate due correzzioni della prima delle quali correggendosi un luogo del libro del P. Sajanelli in cui non è incorso in errore l'onestissimo Autore se non se per essergli state negate le carte, così non si dolerrà di vedersi censurato ragionevolmente, e onestamente in una cosa di cui non poteva parlare diversamente per mancanza delle carte ricchieste o non avute. Dovrebbero essere un po più portati a non far carestia delle loro carte coloro che le hanno, essendoche il danno ridonda sovente a loro di non comunicarle a chi n' ha bisogno. Ma si predica in vano agli ingiustamente interessati, e agli ignoranti.

A questa del Sig. Zacconi succede la prima delle varie Dissertazioni composte anni sono dal Dottissimo Sig. *Annibale degli Abati Olivieri*, della Badia di San Tommaso di Foglia nel Contado di Pe-

sa-

faro. E' d'uopo di leggère la lettera che questo Gentiluomo mi fa l'onore d'indirizzarmi in fronte a questa Dissertazione in cui tutte le mire de' suoi studi tutto, ciò che aveva pensato e ragunati Materiali per fare ad utilità, ed a gloria della sua Patria, è descritto. Questa Dissertazione ch'è la prima sarà seguita ne' Tomi che veranno da varie altre. Io non parlo del merito di queste imperciocche basta dire, che sono del Sig. Annibale degli Abati Olivieri per dire che sono erudite, esatte, piene di buon senso, e d'una critica giudiziosa e savia.

Nel fine di questa prima Dissertazione v'è una lettera del Sig. Auditore *Giambattista Passeri* in cui descrivesi la Chiesa di questa Badia di San Tommaso nello stato in cui si ritrovava nel 1750. Nel leggere questa lettera, mi risovennero i dolcissimi momenti che furono tali benchè di alcune ore passati con questo quanto dotto tanto onesto uomo nell' anno scorso 1763. in Ferrara nel Mese medesimo di Luglio in cui scrivo, e credo che i miei lettori non saranno scontenti che io abbia nominato in questo luogo un amico, che sempre stimerò, ed onererò finche averò vita.

A questa erudita Dissertazione s'è fatto succedere un Operetta o una parte di maggior opera composta dal famoso Enrico Catarino Davila di cui non s'aveva notizia. Il Sig. *Lucio Doglioni* Gentiluomo di Belluno, che stimo moltissimo per il

suo

ſuo ſapere, per la ſua modeſtia, e per la ſua ſomma oneſtà, avendo ritrovato in un ſuo Codice di lettere ſcritte al Veſcovo Lollini da varj Letterati del ſuo tempo l'Elogio d'Antonio Cardellini me lo indirizzò con una ſua lettera erudita e che accreſce le notizie dell'elogio. Il Davila avea ſcritto gli Elogj, e le brevi Vite degli uomini illuſtri del ſuo tempo, fra quali quello d'*Antonio Cardellini* Baſſaneſe, ch' egli mandava al Veſcovo Lollini con una ſua lettera. Due coſe bramerei, e che queſti elogj ſi ritrovaſſero tutti, e ſi poteſſero un giorno comunicare al Pubblico, e che il Signore Doglioni voleſſe eſtrarre dal ſuo Codice quelle lettere indirizzate ad un letterato di tanto merito come fu il Lollini, che ſono ancora inedite per produrle un giorno in altrui benefizio.

Del fu Sig. Conte Giacomo Ricati v'è nel Tomo II. delle ſue Opere pubblicato dopo la ſua Morte uno Scritto pag. 392. in cui determina le leggi della comunicazione del moto fra i corpi molli, facendo naſcere le concluſioni dalle prime originali idee, ſenza valerſi di qualſiſia Teorema meccanico, e ſenza adottare qual ſi voglia maſſima, benchè certa e dimoſtrabile, che da taluni delle filoſofiche ſette gli poteſſe eſſere contraſtata. Premeſſi alcuni principj paſſa alla dimoſtrazione di due Teoremi, il ſecondo de' quali richiede un ingegnoſo e lungo giro di raziocinio. Al Signor Conte *Giordano Ricati* ſuo figliuolo è riuſcito di ſtabilire la ſteſſa teorica

rica con maggior semplicità, senza avere bisogno della elaborata dimostrazione del secondo mentovato teorema . Questa è la Dissertazione Fisico-Matematica che ho il vantaggio di produrre in questo luogo comunicatami dal gentilissimo e dottissimo Sig. Conte Canonico *Rambaldo degli Azoni Avogaro* che sempre di ottime produzioni o sue o altrui ha favorito questa Raccolta.

Una Lettera del Sig. Abate *Lorenzo del Torre* indirizzata al Nobile Sig. Conte Federigo Altan di Salvarolo in difesa dell' immortale suo Zio Filippo del Torre fu Vescovo d'Adria succede a quest' Opuscolo. Sembra impossibile come possa essersi ritrovato fra gli Accademici d'Udine, che tutti uomini di giusto discernimento, e di buona critica forniti sono, si sia dico ritrovato uno che abbia pronunziato in un discorso detto in questa rinomata Assemblea que' sogni che dall' Abate del Torre in questa lettera vengono saviamente, e concludentemente impugnati.

Chiude finalmente questo Tomo un' Opuscolo d'un mio carissimo, e onestissimo amico il Sig. *Girolamo Zanetti* delle antichità della sua Patria intelligentissimo. Egli ha tolto l'impresa di correggere ed emendare un Diploma di Lotario Imperadore e Re d'Italia stampato più d'una volta assai guasto. In due colonne ci ha dato l' antico Diploma dall'una parte e dall'altra la sua lezione corretta . Di queste sue correzzioni ne ha reso ragione

nel-

nelle Annotazioni , e nelle Osservazioni fattevi sopra nelle quali la sua vera perizia ed erudizione senza fasto , de' bassi tempi ci ha dato a vedere.

Questa volta io devo dimandare scusa a tutti quelli che mi hanno favorito de' loro Opuscoli se non li vedono impressi nel Tomo corrente, perche o venuti sono troppo tardi, e non potevano nel presente Tomo starvi. Come sono molti, che quasi formano da se un solo Tomo, così si daranno tutti come spero nel Terzodecimo , che uscirà dentro il corrente anno.

INDICE

Degli Opuscoli del Tomo XII. della Nuova Raccolta.

COM-

COMMENTARIUS
DE C. MARCELLO

Occasione cujusdam Nummi
eidem inscripti

E MUSEO NANIO,

QUEM

JACOBO, & JOANNI FF. NANI

PP. VV.

Atque Viris integerrimis

D. O. C. Q.

D. FORTUNATUS MANDELLI

Presb. & Monachus S. T. Lector,

E CONGREGATIONE

BENEDICTINO-CAMALDULENSI.

Quis Pater, ille virum, qui sic comitatur euntem?
Filius? Anne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitum? Quantum instar in ipso est?
Sed nox atra caput tristi circumvolat umbra.
Dum Pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendunt terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent: nimium vobis Romana propago
Visa potens superis, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille Virum magna Mavortis ad Urbem
Campus aget gemitus? vel quæ Tyberine videbis
Funera, cum tumulum præterlabere recentem?
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet avos: nec Romula quondam
Ullo se tantum tellus jactabit alumno.

 Heu

Heu pietas, heu prisca fides, invictaque bello
Dextera? Non illi quisquam se impune tulisset
Obvius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantes equi foderet calcaribus armos
Heu miserande puer? Si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores; animamque nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani munere.

Virg. l. 6. Æneid. vv. 858. & seqq.

ex museo Nanio.

I. DUm pergratum quidem Vobis, Jacobe, & Joannes Fratres, optimis literarum cultoribus, fore arbitrabar, si aliquid de vestra numismatum gaza aliquando vobismetipsis nuncupare possem; forte evenit, ut cum ad seriem, & ordinem ea bene multa numismata vestra redigerem, quæ aut in Coloniis, aut in Municipiis, aut in Urbibus Græcorum olim Romanis Imperatoribus cusa fuere, quæque vel Tu ipse Jacobe ex Græcia optimo delectu ac summo studio collegisti, Bernardi, & Joannis Fratrum tuorum impulsu, singularis omnino C. Marcelli nummus opportune occurreret, quo vix inspecto non errare putavi, si unicum in re nummaria dixerim, utpote qui antiquariis ad hunc usque diem ce-

te ignotus hactenus delitescebat. Hac itaque, tantaque novitatis admiratione primo veluti abreptus, ingenue fateor, me tantum manum admovisse, ut firmarem, cuinam referendum, Marcello ne, an alteri; atque ut compertum haberem, solus ne, ac unicus esset, fere singulos de nummis antiquorum auctores sedulo pervolvi; cum haud mihi indubium veniret ejus integritas, uti neque aliis iterum iterumque conspicientibus, ac in nummis perlustrandis gnavis æque peritisque. Itaque omnia asserendæ antiquitatis illius argumenta tamquam non necessaria jam properans despiciendo animum intendebam tantum, ut eum illustrarem; cumque bene multa de Marcello excerpsissem, ac jam ferme absolvissem, factum est, ut, quæ primo neglexeram, quæque certa putabam probatæ antiquitatis monumenta, in dubitationem adducerentur, cui aliæ ab aliis adiectæ fuere. Has autem Vobis veluti in limine hujus commentarii transcribam, solutionemque illarum addam, ut probe inde perspicere possitis, quid de hujus vestri numismatis fide certo tenendum sit. Hoc autem unum monitum volo, in his ita me gessisse, ut licet haud liquido ejusdem germanam antiquitatem eruere, & indubie firmare possim: attamen isthæc omnia ex historiis deprompta ita ex integro Marcello respondere, ut tamquam de eo commentarii loco habenda sint, sive quæ compertus sum controversiis agitata, sive quæ cum annis male composita tradita

fue-

fuerunt ab auctoribus. Sed jam ad nummum ipsum.

II. Gesnerus sua in nummorum usque ad hanc diem signatorum improba collectione, unum C. Marcello (Tab. XXXI. n. 25.) adscribit ex Morellio desumptum, in quo juvenile non admodum caput invisitur, quacumque tamen inscriptione destitutum, quem Marcello eidem referendum certiores reddat; tum in adversa nummi parte *P. LINIUS : STOLLO III. AAA FF.* Hic ille ipse est, quem refert Spanhemius (de usu & præst. numis. t. II. dissert. XI. p. 316.) de quo tamen Cl. Vir animi pendet, an Marcello, aut potius Augusto tribuendus sit; ac testatur, (loc. cit.) hunc geminum se vidisse apud Seguinum. Jacobus quoque de Strada, & ex eo Pitiscus in sua Svetonii editione ad D. Octavianum Augustum (n. 8.) alterum falsæ notæ recensent, quo tantum ut arbitror, seriem omnium Cæsarum eorumque in familiam Cæsaris adscitorum per numismata veluti sub oculos conspiciendam præberent, non quod antiquum venditarent; quemque hac forte ratione omissum ab Occone, & Gesnero, aliisque collectoribus suspicor, tum ob recentiorem illius elegantiam, tum ob inscriptionis novitatem, qua laborat. Denique Patinus in Svetonii editione a se adornata (pag. 89.) refert, Marcelli *nummum argenteum tetradrachmalem sæpe videre sibi contigisse Marcellum, ejusque theatrum referentem, qui quidem pro antiquo obtrusus, at non receptus est. Suspicio*

est, auctorem ejus scalpendi apprime peritum ex Svetonii verbis —- item porticus Liviæ, & Octaviæ; Theatrumque Marcelli —*fingendi nummi sumpsisse argumentum*. Hi autem posteriores duo cum penitus rejiciantur, non est, quod diutius immorer; de priori vero pauca tantum proponam, ad Marcellum scilicet haudquaquam spectari posse, ut sane suspicatus est Spanhemius. Nam vel ex ipsa numismatis illius delineatione statim primo cognosci potest antiquariorum arbitratu usque adhuc Marcello nuncupatum fuisse; cum revera non illud admodum juvenile caput, quod præseferre deberet, nec ulla inscriptio conspiciatur. At haud reprehendam neminem, si caput illud ne Augusti quidem imaginem referens, *cujus forma fuit eximia, ac per omnes ætatis gradus venustissima* (Sveton. in Vita Aug. cap. 79.) neque minus ceteros ex iis temporibus Cæsares, Marcello, qui unus ex nummis facie adhuc erat ignotus, adscriptus fuerit, maxime cum illi ætati consignandus esset, prout illius antiquitas, & forma postulare videbantur. At non levem dubitandi rationem præbere potuerat, vel ipsa tam immatura Marcelli ætas, qua decessit; vel caput illud ipsum capillis ita incomptis, & undequaque emissis, ut Cæsar potius sic bene exprimeretur (Spartia. in Aelio Vero) nulla adhibita inscriptione; eo vel maxime quod nonnullis antiquariis ea placeat ratio Augustum tali pacto cudendi, dignoscen-

scendique, quia nempe esset *omnis lenocinii ita negligens, & in capite comendo ita incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam, eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet* (Sveton. in August. cap.7.) Hinc inter cetera pro determinandis Augusti numismatibus epigrammate potissimum destitutis, atque ad id temporis pertinentibus, argumenta, hoc quoque a capillis non male assumitur; sicuti tali pacto sæpe sæpius visitur maxime in iis a IIIviris, quin etiam a Coloniis cusis. Unus inter bene multos Augusti nummos in Musæo Sam-micheliano prope Murianum adservatur in Epiro percussus, quem libenter profero, eo quia desit apud Vaillant (inter numismata populorum græcæ ditionis) , ΚΤΙΣΤΗϹ ϹΕΒΑΣΤΟϹ --- ΙΕΡΑϹ ΝΕΙΚΟΠΟΛΙϹ; In hoc profecto eadem ferme facies præsefertur quæ in illo Occonis, Morelii, Spanhemii, & Gesneri, a quibus ille Marcelli nummus Augusto melius adscribendus fuisset.

ex *museo* *SamMicheliano*.

III. Duo potiſſimum ſunt, quæ falſitatis notam inurere & huic Marcelli nummo, quem profero, aut ſaltem in dubium revocare videntur. Primum ſane eſt, in ejus anteriori parte depreſſiorem aliquanto eſſe, ut quis jure meritoque ſuſpicari poſſit, literas ſi non primam, ſecundam ſaltem, & tertiam recens ſcalptas fuiſſe, prioribus, quæ inerant, deletis omnino. Hinc autem opinari licet, uni aut alteri potius ex Cæſaribus illis, qui poſt Antoninum Pium inaugurati fuerunt, primo fuiſſe referendum. Fuerunt vero illi Galerius Antoninus, M. Aurelius Verus, Antoninus Philoſophus, Annius Verus, L. Cecinius Commodus, qui & L. Aurelius Verus vulgo nuncupatur, L. Aelius Aurelius Commodus, denique M. Aurelius Antoninus Caracalla. Ad Galerium Antoninum Cæſarem primo-

primo quod spectat, nullum, quem sciam, adhuc offendi nummum a Corinthiis signatum; imo omnes græcos animadverti. Ne autem de singulis singula, & peculiaria proferam, de M. Aurelio, de quo potior coniecturæ ratio occurrit, potissimum aliqua pro re promam. Suspicatus est aliquis eidem primitus cusum fuisse; cui post literam *M* altera A adiuncta fuerit, ac subsequens *U* in *R* commutata, sequentibus vero penitus abrasis, ac tali pacto depressioribus aliis substitutis, atque ita vericulo scalptis, ut isthæc inscriptio *MARCELLUS* efformata exurgerit. Porro ejusmodi artis antiquariæ dolus contingere potuisset potissimum & in M. Aurelio Antonino Caracalla, nec non in L. Aurelio Vero. Verum præterquamquod pronomen illud Caii per priorem litteram C in nummo indicatum tamquam dolo, & arte cœlatum haudquaquam appareat, certe illud sive literam C non ipsi M. Aurelio tantum, sed neque ullis quoque ex illis Cæsaribus in nummorum inscriptionibus tributum fuisse, nondum legi; quamvis ultro fatear, ceteras sequentes subinde literas, quæ Marcellum inscribunt, & depressiores, & vitiatas apparere. Omnes insuper inscriptiones, quæ in nummis Cæsarum illorum apud Corinthios percussis prodierunt, coniunctum non habent cognomen *CAESAR*, imo singulis deest; adeo ut nullus proferatur nummus, qui

tamquam Cæsaribus illis inscriptus sit a Corinthiis, nisi me fefellerint & oculus, & diligentia; e contra vero semper tamquam Augustis, & aliquando simul ut Cæsaribus, præmisso tamen ad initium tituli cognomine illo *CAESAR*. Quod utique cognomen in hoc Marcelli nummo satis apparet ad æquam reliqui nummi altitudinem ex integro cælatum, atque ita esse locatum, ut ipsa, & optima literarum dispositio, & ordo requirere videbantur; cujus quoque literæ neque abrasæ conspiciuntur, neque denuo scalptæ, neque ullum antiquitatis vitium redolentes, sed romanam elegantiam & morem bene exprimant. Nemini ergo ex illis tam subito, & certo adjudicari posset sive propter insolentiam inscriptionum, quarum aliæ huic accommodari non possunt, sive propter unam, aut alteram ex superioribus, quas innui, rationibus. Denique ut satis firma foret suspicandi ratio, hic idem nummus protendi deberet aut M. Aurelio, aut alteri ex illis sine ullo vitio nuncupatus, in quo & juvenile illud caput, & eadem adversa pars, & cetera omnia perfecte responderent, & mutuo congruerent; horum autem aliquid, me fugit, occurrere.

IV. Alterum, quod in dubium eum revocat, ex eo desumitur, quia observatum, omnes fere nummos a Julio Cæsare ad Galbam usque in Corintho percussos, omnes, inquam, IIvirorum nomina protendere, quibus iste caret. Verum ut ani-

animadversio isthæc pro certa regula, certoque canone valeret, oporteret utique, omnes, nemine jam excepto, præter oculos esse nummos a Corinthiis signatos; at pauci ii sunt, neque qui a Vaillant potissimum relati sunt, tot existunt, ut huic regulæ quis satis bene fidere possit. Et sane Corinthii sub Nerone, huic eidem Imperatori nummum signarunt in adventu sui nullo jam adposito IIvirorum nomine inter obvios a Vaillant (in Coloniis & Municipiis p. 120.) relatum. Aliquando vero, observandum occurrit, ipsam Corinthum vix restauratam, & anno *U. C. DCVII.* in coloniam deductum Ivirum, IIviros aliquando, imo IVviros etiam suis in nummis apposuisse, ut exempla repeti possunt vel solum sub Augusto apud eumdem Vaillant de Coloniis, nec non apud Gesnerum. Hinc arbitrarer, nullam regulam, nullumque canonem satis firmum deduci posse ex superiori illa observatione pro nummis in Corintho cusis aut genuinis aut suppositiis traducendis; atque id potissimum ex eo tam vario discrimine, exemploque illo, superius relato; itaque & ipsam ad instar aliarum Coloniarum IIvirorum nomina non constanter apposuisse, aut nullo jam adlecto IIviro adhuc nummos signasse, censendum erit.

V. Omnia autem hæc, quæ forte aliquando uberioribus exemplis illustrari poterunt, non ita tamen a me dicta, excipiantur, ut ex integro vindicatum numisma constituant; verum ita potius, ut si ali-

aliquid momenti, & roboris contineant, non proinde subito respuendum. Ceterum peritior quisque, & in visendis, ac tractandis nummis magis versatus, & excultus facilius, atque etiam verius ambiguitatem hujusmodi judicare poterit, quam ego rationibus valeam. Probe enim compertum habeo, nullo indigere argumento nummum, sed ipsam sui indubiam antiquitatem, nullumque vitium longe uberius esse, quam rationes omnes; his maxime antiquariorum temporibus, quibus quamtumvis callidus homo in hac potissimum re, alterius fingendi fraudem vix detegere valet, ut privatis exemplis, si liceret, non uno hujus doli genere comprobare possem; atque quod mihi, non dicam impossibile, sed perdificile videtur, non alteri tamen ad fallendum nato, qui simulandi ad antiquariorum admirationem captandam scalpendi artem calleat. Præter illas tertia suboriri poterit difficultas, ut Marcello nummus expungeretur, ex cognomine Cæsaris, quod in eo legimus. At quoniam multa de eo dicenda forent, impræsentiarum intacta relinquam, cum inferius suppetet amplior dicendi locus.

VI. Quibus licet dubie sic constitutis ad Marcellum progrediar, quæque de eo sunt apud Historicos commentario illustrare pro virili conabor, adiungamque animum Marcelli ætatem, de qua discrepant Historici, constituendi, determinandique. Itaque ut res inter Cæsarem, & M. Antonium componerentur, Octavia Soror

Au-

Augusti natu quidem major quippe quæ ex Ancharia orta, at non uterina, ille vero post eam ex Acia, (Plutar. in Anton) fætum gestiens, ut animadvertunt Plutarchus, (ibi.) atque Dio, (lib. 48.) in uxorem M. Antonio data fuit *Coss. Cn. Domitio M. F. Calvino* II. *& C. Asinio Pallione*, nempe an. *U. C. DCCXIV.* ex Dione (lib. 48.) ad finem properante, aut ex fastis Capitolinis, atque ex Varoniano *DCCXV.*; aut denique ut statuunt Pighius (Annal. Rom. lib. XVII.) & Sigonius, (ad Fastos) quos infra sequar, *DCCXIII.* sub iisdem *coss.* Hoc matrimonio duas tantum filias referunt acceptas Historici, Antoniam utramque, majorem, & minorem dictam; priorem illam ex Plutarcho (in Anton.) scimus, cum Antonius in Græciam duceret Octaviam, genitam fuisse; non quidem eodemmet anno, quo inter eos initum fuit matrimonium, sed posteriori, & hoc itidem ad finem vergente. Nam in Asiam se contulit Antonius an. *U. C. DCCXIV. coss. L. Marcio L. F. Censorino, & C. Calvisio Sabino*, quo etiam tempore antequam Urbe discederent IIIviri iterum pacem inter se inierunt statutis invicem conditionibus, adsignatisque provinciis. Alteram autem ex eodem Plutarcho an. *U. C. DCCXVII. L. Gellio L. F. Poplicola, & M. Coccio Nerva coss.* Octavia cum Antonio ex Græcia navigans peperit. Rursus eadem Octavia ex Marcello priori viro suo duas itidem,

dem Filias obtinuit, ejusdem nominis Marcellas majorem & minorem, ac præter has Filium habuit Marcellum ex Patre dictum. Quibus vero annis illæ genitæ fuerint, modo coniicere non juvat; at properam ad alteram Marcelli ætatem firmandam ex iis, quæ certa sunt.

VII. Auctor est Svetonius, (in Aug. cap. 63.) *Juliam, quam ex Scribonia susceperat Augustus, primum Marcello Octaviæ Sororis suæ Filio, tantum quod pueritiam egresso, deinde ut is obiit, M. Agrippæ nuptum dedit, exorata sorore, ut sibi genero cederet*; & Plutarchus (in Marcello) *is*, Marcellus nempe, *in ædilitate sponsus decessit, cum Cæsaris Filiam non ita pridem in matrimonium duxisset*. Quo autem anno nuptiæ illæ initæ fuerint, innuit Dio (lib. 53.); nam *quum Augustus nuptias Filiæ suæ, & Marcelli sororis Filii propter morbum Romæ non posset facere, illius Agrippæ opera eas celebravit*. Hæc porro Dio scribit ad annum DCCXXIX. *U. C.* seu *DCCXXVIII. Augusto* VIII, *& M. Silano coss.* Et sane eo tempore bellum Cantabricum cum jam suscepisset Augustus, in ægritudinem incidit; atque Tarraconam secessit, ubi quoque IX. Consulatum iniit auctore Svetonio; ibique cum eodem Augusto ipse Marcellus *tantum quod pueritiam egressus*, ut Svetonii verbis utar, castrametabatur. Ille enim cum Augustam Emeritam condidisset, *iis, qui militari etiamnum erant*

ata-

ætate, spectacula quædam per Marcellum, & Tiberium quasi ædiles in ipsis castris exhibuit (Dio loc. cit.)

VIII. Sequenti autem anno Romam advenit Augustus, statimque animum, & operam contulit, *ut Marcellus inter Prætorios Senatu esset, decennioque maturius, quam leges postulant, consulatum peteret* (Dio lib. 53.) Nulla occurrit difficultas hoc loco discutienda pro ætate, qua quis consulatum petere poterat: constat enim, definitum, ac statutum fuisse ætatis annum *XLII.* pro eo autem gerendo annum *XLIII.* (Cicero: Philip. v. 17. Panuin. in Fast. 1. p. 59. Lipsius de Magistrat. Roman. c. 5. Hotoman. de Magistr. Roman. C. Aug. de leg. Villic. Annal. Donat. dilucidat. in Sveton. cal. 1. 1. Preust de Magist. Roman. c. v., aliique bene multi). E contra vero longe difficilior dirimenda superest pro ætatis anno ineundæ ædilitatis. Pitiscus enim (Lexico Antiqu. Roman. L. Aetas ædilitia, consularis, prætoria, qua quis quæsturam &c.) eam ætatem decretam esse ad annum *XXVII.* pluribus demonstrat; Manutius autem, (de legib. Roman. cap. VI.) & Gruchius, (de comit. cap. III.) alique apud Pitiscum, (loc. cit.) ad annum *XXXVII.* Contra hos omnes vero tamquam e diametro stant Leges Annales Villii, in quibus sane nullum occurrit definitum tempus pro ædilitate obeunda. Quænam autem ex iis sententiis verior dicenda sit, paulo diligentius est inquirendum,

atque

atque simul exemplo Marcelli illustrandum.

IX. Itaque in controversiam revocatur ea legis facta dispensatio pro aedilitate ineunda; atque ita, ut sive nulla sancita fuerit ex legibus Annalibus, sive determinata aut pro anno aetatis *XXVII.*, aut *XXXVII.* Quod autem nulla fuerit, evertitur omnino ex testimonio Dionis supra laudati, tum quoque ex aliis bene multis Historicorum auctoritatibus, quorum testimonia congerit Pitiscus (loc. cit.) Hisce autem pondus addi posset tum ex sententia Everhardi Ottonis (de aedilit. cap. X.) aliorumque, quos hic accersivit, ut evinceret, aedilitatem primum ad ampliores honores fuisse ascensum; quorum sane honorum ferme singuli deinceps statutam aetatem procul dubio postulabant, ut determinata subinde legitur ab ipsis legibus Annalibus Villii. Hae ergo leges si pro aedilitate jam nullum definiunt, in causa forte revocandum censerem, ut rem conficiam, quia ad ceteros honores aetati statutos ille primus patebat, atque tali pacto per eas leges determinabatur utique aetas aedilitatis ipsius. Tota igitur difficultas recidit in tempus aut *XXVII.* aut *XXXVII.* annorum, quorum quidem patroni inter se conciliari non ita facile possunt. Illis porro rationibus, quibus Pitiscus posteriorem illam Manutii, & Gruchii potissimum sententiam reiicit, quibusque suam tuetur apud eumdem legendis, alteram, ni fallor, invictissimam addam ex aetate

Mar-

Marcelli desumptam, qua magis firmabitur ejusdem Pitisci opinio.

X. Tradunt Brissonius (de jure con. p. 116.) Hotomannus (de ritu nupt. & matrim. c. 11.) & Casalius (de ritu nupt. cap. 11.) *jura publica XII. annum in faeminis, XIV. in pueris definiisse pubertatis aetatem, qua matrimonium iniri poterat*. Commemorat autem Dio, (lib. 51.) quod Caesar antequam tres triumphos ageret de Pannonis nempe, Dalmatis, Tapydis, finitimisque eorum, & nonnullis Galliae, atque Germaniae populis, *Agrippam imprimis praepter alios honores vexillo caeruleo, quod victoriae navalis esset testimonium, exornavit, militibus suis munera quaedam praebuit, populo viritim quadrigentos nummos divisit, puberibus primum, deinde etiam pueris in gratiam Marcelli sororis suae Filii.* Haec vero gesta sunt ad an. U. C. DCCXXIV. *coss. August. V. & sexto Appulejo*: hoc ergo anno nondum ad pubertatem pervenerat Marcellus, seu ad annum XIV. qui definitus erat a juribus publicis; & re quidem vera ex ea, quam firmare contendo annorum rationem, agebat tantum XI. aetatis annum. Etenim ut superius ex auctoritate Svetonii (§. VII.) desumpsi, nupsit *tantum quod pueritiam egressus fuerat*, ac ex Plutarcho (§. VII.) *in aedilitate sponsus decessit*, quam quidem aedilitatem sic *admodum juvenis exercuit* (Tacit. lib. 1. Annal.) ut apposite inde cecineret Propertius (lib. III. Eleg. XVIII.)

Et

Et per maternas omnia gesta manus.

denique *decessit admodum juvenis* (Vellejus.) Igitur non a vero abludere puto, si minorem evincam ætatem, quam quæ ab Historicis omnibus nullis suffulti rationibus assignata fuerit. Nam cum vix ac pueritiam egressus nupserit, utique attigerat eo nuptiarum anno nempe *U. C. DCCXXVIII.* (§. VII.) vix dum ætatis suæ annum *XV.* quo ipse cum Augusto Tarracona morabatur (§. VII.). Sequenti autem *DCCXXIX.* Urbem advenit, atque a legibus pro ædilitate, & consulatu obeundis solutus opera Augusti; illud ædilitatis munus ex hisce petiit ætatis annum agens *XVI.*, quodque sequenti *DCCXXX.*, & ætatis *XVII.* administravit, & exercuit; atque hoc in munere ex omnium sententia decessit, scilicet *cum Cæsaris Filiam in matrimonium non ita pridem duxisset.* (Plutar. in Marcello). Ex hac annorum, & rerum serie sic constituta, atque firmata, facile quoque evincitur, Marcellum genitum fuisse an. *U. C. DCCXIII. Cn. Dom. M. F. Calvino II., & C. Asinio Pollione coss.*, eo nempe ipsomet anno, quo *Octavia fœtum gestiens* ex Marcello priori viro suo jam paulo ante defuncto *data est in matrimonium M. Antonio*, ut ajunt Plutarchus (in Antonio), & Dio (lib. 48.)

XI.

XI. Hinc non satis colligere possum, quibus potissimum adducti argumentis ad firmandam Marcelli aetatem in tot, & tam varias distracti fuerint sententias Historici nonnulli. Catrau enim scribit (in historia Ro.) Marcellum occubuisse aetatis suae anno *XIX.* Ruaeus (nota 869. in lib. VI. Æneid. Virgil.) *XX.* praeterpropter forte ex Propertii carmine (elegia cit.)

> Occidit, & misero steterat vigesimus annus.

Occo denique, & ex eo alii *XXIV.* Certè hi omnes, illos veteres auctores, qui aliqua de Marcello scripserunt, quaeque usque adhuc quoad praesens institutum tradita a nobis fuerunt, utique pro lubitu interpretati sunt, aut ad ullam a legibus solutionem minime attenderunt. Nam si pro una, aut altera ex duabus illis sententiis pro aedilitate exercenda stetissent, diversimode quoque, necesse fuisset, illius aetatem evincere, aut unam tantum firmare, si decennalem admisissent dispensationem pro aedilitate aeque ac pro consulatu, cum priorem exercuerit, nec proinde ad majorem quam *XXIV.* aetatis annum provehant; ex qua observatione videtur, eos omnes Pitisci sententiam admisisse. Constat enim cum annus *XXVII.* ex superioribus constitutus fuerit, antecedens pro ea petenda, ille ipse vero pro ineunda sumitur; & re qui-

quidem vera Marcellus agens *XVI.* annum petiit facta dispensatione, iniit vero *XVII.* eo sane pacto quo ætatis anno *XLII.* consulatus petebatur, gerebatur vero *XLIII.* Verum probe scio hæc labente jam Republica parum attendenda esse; & honores illos non ad normam legum, sed ad voluntatem, geniumque Imperatorum collatos fuisse tum a Senatu, tum a Populo; & ne in re certa utar exemplis supervacuis innuam illud unum, quod affert Lipsius (in lib. 1. Annal. Tac.), & Co: Camillus Silvestri Lettera del Consolato di Cajo nato di Giulia &c. de Cajo, quem Populus Consulem creavit annos natum *XIV.* ex Marmore Ancyrano, *& addicit Dionis ratio, qui consulem facit designatum an. U.C. DCCXLVIII. Tamen Augustus in jam dicto lapide XV. illi annum circumdat, sed nempe quem ingressus erat, & jam agebat. Verba sunt* — Honoris mei caussa Senatus, Populusque Romanus annum quintum, & decimum agentis consulis (veterum more ac agentes consules) designavit, ut cum Magistratum inirent post quinquenium ex eo die, quo deducti in forum ---- Quantumvis hæc certa sint; attamen priscum illum Reipublicæ morem servatum pro Marcello coniicere possumus cum a legibus solutum fuisse nos doceant Historici; quæ leges nondum ab Augusto aut interpretatæ, aut ex integro commutatæ fuerunt; quo autem anno idem Augustus lege firmaverit ea, quæ jam ab anno *U. C. MDCC-*

XXI.

XXI. *Augusto IV. sext. Apulej coss.* Mecenas oratione habita eidem consuluerat, potissimum tum quoad ætatem *XVIII.* annorum pro coaptandis in equestrem ordinem, quum *XXV.* in Senatum adscribendis, in compertis non habeo; etiamsi vero firmata fuerint biennio post, quo sane multa aut de novo instituit, aut reformavit; semper tamen cum a legibus solutus dicatur, sive accipias a veteribus illis, de quibus egi, sive de posteriori altera, dummodo lata fuerit, constanter conficies, eo anno, quo solutus, ad ætatis suæ annum *XVIII.* non pervenisse. Ceterum jam usu receptum erat, honores deferre ei ætati, prout Marcello in gratiam Augusti, ceterisque Nepotibus suis postmodum præstitum fuit a Senatu, & Populo, & ipse jam Augustus præstitit cum Senatorum liberis, quibus, *quo celerius Republicæ assuescerent, protinus virilem togam, lactum clavum induere, & curiæ interesse permisit* (Svet. ibid. cap. 38.), quam idem Augustus ante eos omnes *anno ætatis XVI. sumpsit* (Svet. ibid. cap. 8.); qua in re, & sui similem Marcellum fecerat, sicut fecit in altero Pontificis honore eidem delato, quem & Augustus & Marcellus an. ætatis *XVII.* gesserunt, & ita forte ad instar sui in ceteris deinceps constituerat faciendum. Jure ergo ad majorem provehi non potest ætatem, quam quæ a nobis & argumentis, & conjecturis ipsis adsignata fuit, quamque elegantissime attingit Virgilius (libr. VI. Æneid.)

Osten-

Ostendunt terris hunc tantum fata, neque ultra esse sinent,

quasi mortem petierit, vix ac Reipublicæ commodo, & utilitati se mancipare incepisset. Ante hæc tempora nullus admovebatur ad publica subeunda in Urbe munia, qui non pertingeret ad annum *XXVII.* debebant enim Cives Romani, qui ad Magistratus adspirabant, decem integros annos nulla vacatione interposita a primo militiæ anno stipendia meruisse (Polyb. VI. 17.) *Urbanum Magistratum non ante capere cuiquam licitum est, quam decem annos militando exegerit* (Patric. Rei milit. Roman. part. I. sect. III. Gruchius de comit. Roman. cap. 3. apud Pitiscum L. Ætas qua quis muniis), quot vero annis Marcellus, quem ad bellum Cantabricum vidimus, ad castra cum Augusto fuerit, non satis coniicere potui.

XII. Diu, multumque expiscatus sum, & anxie, quo secretiori fonte attigerit Lipsius Marcellum antequam Juliam nuberet, primo Pompejam Sexti sibi uxorem obtinuisse, qualem utique in stemmate Augusti Familiæ eidem attribuit, adeo ut ferme alterum Xilandri suppleverit, in quo deest. Hoc inter peculiaria tanti, ac summi Viri refero eruditionis scrinia: quod si verum esset, ad provectiorem ætatem elevandus foret, dummodo fieri posset tum

ex

ex his, quæ dixi, tum ex hoc postremo haud firmo antiquitatis monumento, quod innuere libet, non ut veritatem historiæ evincam, sed eo animo, ut ex veritate historiæ nummus magis vindicetur, in quo admodum illa puerilis ætas usque adhuc asserta inspicitur; quilibet autem, qui Marcello majorem quam *XVII.* annorum ætatem adscribere velit, annum illum *V. C. DCCXIII.* tanquam pro Natali adsignatum, opus erit, ut minori Marcellæ tribuat; & in hac hipothesi prius evertenda erunt, quæ pro hac re congessi, quæque cum eidem penitus respondeant, hæc eadem utramque Marcellam provectiorem quoque constituere videntur. De hac secunda communiter volunt historici, nil omnino nos compertum habere; conveniuntque priorem defuncta jam Pomponia Attici Filia M. Vepsanio Agrippæ anno *V. C. DCCXXV. Augusto* VI., *&* *M. Vepsanio L. F. Agrippa* II. datam fuisse in matrimonium, ut tradit Dio. At cum Svetonius tradiderit (in Aug. cap. 63.) Agrippam *alteram Marcellarum* habuisse; jam si alteram; non ergo priorem suspicarer; & quidem Dio in hac re dubie loquitur, dum ait, Augustus *sororis suæ Filiam in matrimonium locavit;* quali autem ex iis hæc fuerit, Svetonium satis innuere putarem. Et re quidem vera si annus ille *V. C. DCCXIII.* Marcellæ minori tribuatur; cum nupsisset M. Agrippæ, ætatis annum *XII.* egisset, qualem utique definiunt jura publica pro fæminis ad matri-

monium ineundum; at verosimilius videtur, matrimonio aptiorem, majoremque uno ad summum anno, aut biennio locatam fuisse Viro jam bis consuli, & forte longe provectiori; maxime quidem, ut nullum vestigium apparet, eum solutum ab ætate non fuisse a primo consulatu ineundo. Provectior hæc ætas, atque cetera istæc necessario quoque admitenda sunt ab iis, qui priorem esse contendere voluerint, quamvis autem *clara fuerit Marcelli progenies usque ad Marcellum sororis Augusti Octaviæ filium, quem edidit ex* C. *Marcello* (Plutar. in Marcello) de quo etiam Horatius (Carmin. lib. I. Od. XII. ad Augustum)

Crescit occulto velut arbor ævo
Fama Marcelli

pauca tamen de utraque illa prodiderunt historici, quibus hæc firmius statui possint. Interea non contra rationem assumerem, minorem eam fuisse, quæ nupserit M. Agrippæ.

XIII. Cognomen Cæsaris tamquam generis appellationem Genti Juliæ apud Romanos consuetum (Spart. in Aelio Cæs.) cum semel tulisset, illustriusque reddidisset Julius Cæsar, tum quia summo cum Reipublicæ imperio præfuit (Eumen. in paneg. Constantio Cæs. dicto cap. II.) hæreditario quasi jure (ab ipso acceptum sibi

bi cum imperio firmasse, deinde Augustum & hæredibus, & successoribus concessisse, non est quod diutius quæram; quærere vero fas est, utrum cognomen Cæsaris Marcello tributum fuerit, quaque adoptione illud sibi vindicarit; nec minns etjam, utrum & principem juventutis audiverit, utpote hoc ipsum nomen jam primo Imperatorum Filiis, designatisque Imperii hæredibus, non secus atque alterum Cæsaris tributum legimus. De illo ipso nomine neque ex historicis, neque ex numismatibus ne leviter quidem conjicere datum. Occurrit jam illud in nummis Caji, & Lucii ab Augusto paulo post Marcelli mortem in familiam Cæsarum, spemque imperii adscitorum, quique, nepotes ex Julia geniti & Agrippa cum essent, adoptati fuere; occurrit & in illis Drusi, Germanici, ac Neronis eodemque jure imperii hæredum. Ubi vero progenies Cæsarum in Nerone defecit, imperiumque Vespasiano Gentis Flaviæ delatum est, mox Titus, ac Domitianus Filii principes juventutis, & Cæsares renuntiati sunt, aliique post eos. Sed isthæc exempla licet paulo post Marcelli mortem aut restaurata, aut recens inducta, ac fere ad omnes imperii candidatos continuata haudquaquam satis sunt, ut evinci possint, Marcellum si illud Cæsaris, de quo agam inferius, alterum saltem Principis juventutis obtinuisse, atque ab Augusto eo honore ornatum, demiratumque a Populo fuisse. Porro, si aliquid in istius numis-

 matis

matis inscriptione deesset, ex aliis Caii ; & Lucii, tum Drusi, Germanici, & Neronis nummis, qui passim apud numismatum collectores invisuntur, forte suppleri poterit, adjectis nempe *AUG. F.*, aut *P R I N C JUVENTUT.*, aut denique *D AUG NEPOS.*, cum una aut altera deficere videretur ; si inquam locum obtineret in numismate post illam Cæsaris appellationem ab edoptato acceptam aditamque gentilitio nomini, ut mos erat (apud Mediob).

XIV. Duo inter bene multos, qui adoptionem Marcelli adumbrarunt, si probe noverim, Plutarchus, & Svetonius sunt (in Anton.) qui clare eam tradiderunt *tunc*, Marcellum scilicet, ait, *simul adaptavit, & generum fecit Cæsar*, alter vero *exorata sorore ut sibi genero cederet*. Hi idem auctores eo quoque loci tali pacto indigitatnt tempus adoptionis illius, eo nempe anno, quo eum Augustus tradidit Juliæ filiæ suæ *Augusto IX. & M. Junio Silano Coss. V. C. DCCXXVIII.* At suspicari quis poterit, fama deceptos fuisse. Facilis enim deceptionis hujus, & non levis caussa erat. Cum enim Antonius an. *V. C. DCCXXII. Coss. Cæsare Octaviano* III., *& M. Valerio Messala Corvino M. F.* in ultima rerum desperatione adactus in conspectu suæ classis, atque exercitus conspiceret suos jam fusos ad Cæsarem transire, sibi mortem conscivit prius jam repudiata Octavia ex improbo amore Cleopatræ ; quo tempore hujusmodi Octaviæ

fors

ſors Auguſti animum impulit, ut eam quam deperdite amabat, erigeret, Filiumque ſuum Marcellum patrocinaretur, & ſtudiis omnibus foveret. Hoc veluti primo tempore Auguſtus Marcellum, & domi retinere cœperat, & ſecum ad caſtra ducere; quod ſane omen futuri imperii fuiſſe, memorarunt hi priſci verſus apud Lipſium (in comment. ad Tac.)

In caſtris genitus, patriis nutritus in armis
Jam deſignatis principis omen erat.

ut bello aſſueſceret, ac prima veluti pro Republica tempora inſumeret. Hoc imprimis patet ex locis Dionis relatis (§. VII. X.), ſpectaculis exhibitis cum conderet Auguſtam Emeritam, præmiiſque pueris diſtributis. Certe per ea tempora demiratus erat juvenem *ingenuarum virtutum, lætumque animi, & ingenii, fortunæque, in quam alebatur, capacem*. (Velle. lib. II.) ac ſibi ſuberat ſpes, *in quem onus imperii reclinaret*; noverat enim *adoleſcentem animo alacrem, ingenio potentem; ſed & frugalitatis, continentiæque in illis aut annis, aut opibus non mediocriter admirandum, patientem laboris, voluptatibus alienum, quamtumque imponere ei avunculus, & (ut dicam) inædificare illi voluiſſet, laturum; bene legerat nulla ceſſura ponderi funda-*

menta (Sen. lib. de consol. ad Marciam) Talibus ergo Marcelli virtutibus adactus *Augustus subsidia dominationi Claudium Marcellum sororis suæ Filium admodum adolescentem pontificatu, & curuli dignitate, & M. Agrippam ....* paraverat (Tacit. libr. I. Annal.) Marcellum autem sic præcipue paraverat, ut huic filiam suam in uxorem daret, qui cum honoribus virtutis tantæ par esset, etiam dignitate principalis matrimonii ad publicam venerationem sensim proveheretur. Nec minus talia virtutum exempla, honoresque, quos eidem Augustus contulerat, noverat & ipse Populus, qui proinde Marcellum perspiciebat, ac reverebatur veluti imperii hæredem, in eumque conspirabant communia, atque flagrantissima imperii vota, auctore Vellejo (lib. II.). *Ante triennium fere, quam Egnatianum scelus erumperet, circa Murenæ, Cæpionisque conjurationis tempus ab hisce annos L. M. Marcellus sororis Augusti Octaviæ filius, quem homines ita, si quid accidisset Cæsari, successorem potentæ ejus arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam secure ei posse contingere non existimarent*. Eruperunt autem Fannius Cæpio, & Varo Murena in scelus contra Augustum *Coss. M. Claudio M. F. Marcello Æsernino, & L. Aruntio L. F. V. C. DCCXXXI.* Jam ergo ab an. *V. C. DCCXXVIII.* talis ac tanta erat Marcelli fama, ut vulgo putaretur, in successorem imperii evocari; forte etiam eo anno percrebuit, quo & eum nupsit Juliæ filiæ suæ, &

& Ædilitatem ex S. C. contulit, nec non a legibus solvit, tum sequenti, quo magnificentissimum ædilitatis munus inivit, ea pompa, eoque triumpho sumptibus Augusti, ut idem ipse ferme magnificentius non effecisset.

XV. Neque etiam anno *DCCXXX.* ulla publica successionis adoptio habita fuit. Etenim eo tempore Augustus cum Romæ ferme desperata salute lætali morbo laborasset, *omnibus ita, ut fato concessurus dispositis, Magistratibus, & Senatorum, Equitumque primoribus ad se convocatis, nemine sibi successore (cum omnes putarent Marcellum ad hoc ab eo destinatum iri) constituto, cum quædam iis de publicis negotiis exposuisset, Pisoni libellum in quem exercituum, & redituum publicum indicem, conscripserat Agrippæ annulum tradidit.* (Dio lib. 53.) Et paucis interjectis prosequitur Dio ad annum eumdem: *Cesar valetudine recuperata, testamentum, quod fecerat, in Senatum intulit, voluitque recitari, ostendens neminem se sui principatus successorem constituisse, ne tamen legeret ab omnibus prohibitus fuit; id vero summam ejus apud omnes admirationem excitavit, quod Marcello, quod sororis suæ filium, generumque suum amavisset, quem tot honoribus ornasset, cujus munus ædilitium adeo splendide adornavisset, ut per totam æstatem supra forum canopea suspenderit, equitem saltantem, insignemque mulierem in orchestram introduxerit, tamen ei principatum non credidisset, sed ei Agrippam prætulisset.* Isthæc

 autem

autem tanta cura, quæ inerat Augusto, ut cognosceret quilibet, nullum sui successorem a se destinatum fuisse, non sine calliditate paulo cogitanti forte videbitur. Numquid & ea ipsa de causa legere volebat [valetudine recuperata, cum testamentum, quod ante eam scripsisset, sustulerit, cumque alterum legendum recens invehere potuerit? Omnia suspecta in vaferrimo illo viro. Neque ergo eo ineunte anno, neque certe sequentibus ulla Marcelli adoptio commemoratur ab Augustæ historiæ scriptoribus, quam tantum Plutarchus, & Suetonius nuptiis conjunxerunt; itaque eo magis a flagrantibus illis plebis studiis, & fama adoptionis decepti fuisse videntur; cum subsidia tantum dominationis suæ pararet Augustus.

XVI. At caussam propter quam anceps hæreret, exhibet ipse Dio (loc. sup. cit.): *Nondum enim*, ait, *juvenis Marcelli animo satis fisus erat*, & *vel Populus libertatem suam recipere volebat*, *vel Agrippam summæ rerum ab eo præfici*, *quem cum compertum haberet a Populo summopere diligi*, *tamen nolebat ei imperium mandare*. Hinc cum uterque spe imperii frustrati essent, non levis inter eos discordiarum occasio exarsit. Etenim Agrippa *ex levi rigoris suspicione* ægre ferebat, & *quod Marcellus sibi anteferretur*, & quod Augustus æquo forte nimius animo & amore, & publicis dilectionis signis propenderet, sibique infestam putaret Octaviam, *quæ quam* [*maxi-*

xime ab Augusto diligebatur, quoniam rari mulier exempli perhibebatur; (Plutar. in Anto.) quamvis autem his maxime indignaretur, propter summam tamen ejus patientiam, quam & sibi optabat Augustus (Sueton. in Aug. cap. *66.*) ita se temperabat; ut juxta Claudianum sic.

Mixta sed nobilis ira

appareret, qua longe plus intelligeretur, quam si diceret. E contra vero in Marcello, & Octavia non una suberat invidiæ caussa, præcipua vero videtur, prælatio nimirum illa, atque annuli delatio, quam tulit Agrippæ. Hæc inter eosdem discordiarum semina *cum intelligeret Augustus allevato corpore Marcellum simultatem aliquam contra Agrippam suscepisse, ne si uno in loco mansissent, offensæ inter eos, ac contentiones intercederent, Agrippam continuo in Syriam amandavit* (Dio lib. 53.), & ut ait Vellejus (lib. II.) *sub specie ministeriorum principalium proficiscitur* Agrippa *in Asiam; ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offensiones, præsenti se subduxerat tempori*, nempe *Mytilenis* (Sueto. cap. 66. in Aug.) aut *Lesbi* (Dio lib. 43.) constitit. Hanc provinciam ei demandatam fuisse, seu potius sic nobiliter exulasse ex ea animi propensione, quæ erat in Augusto erga Marcellum, aut verosimilius opera Octaviæ addactæ ambitione imperii

pro Filio illud adfectante, muliebris ambitio, amorque melioris fortunæ quemquam facilius suadere poterit. Cumque nullus tali pacto adstaret æmulus, discordiisque merito pertimescendis remotis (Vell. lib. II.) propulsaque ab Augusti animo hæsitatione statim hunc adigere potuit Octavia, ut Filium adscisceret, cui nullus proximior erat. Forsan hoc Propertius innuit (Eleg. cit.)

> *Quid genus aut virtus, aut optima profuit illi.*
> *Mater, & amplexum Cæsaris esse focos.*

Ad hunc ergo annum *V. C. DCCXXX.* usque, quo & Marcellus mortem opetiit, referenda videtur illius adoptio, quam tradunt Plutarchus & Suetonius, quamque memorat Tacitus (lib. I. histor. cap. 18.) Nam ibi Galba, Pisonem adloquens, ut eum adoptaret *exemplo D. Augusti, qui sororis Filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem privignum in proximo sibi fastigio collocavit. Sed Augustus in domo successorem quæsivit; ego in Republica*; quos omnes idem Tacitus (lib. VI. Annal.) aperte Cæsares appellat, dum ait, *Tiberium multis æmulis conflictatum, dum Marcellus, & Agrippa mox Cajus, Luciusque Cæsares viguere.*

XVII. Hæc, quæ certa sunt, mo-

modum adoptionis, & tempus evertunt, coniecturis adhuc longius progrediar: & primo quidem quoad modum adoptionis illius, qui cum a nullo præpter Tacitum referatur, quasi jam ex loco sibi proximiore, juvat expendere num tributum veniret cognomen illud adoptione peracta inter privatos lares, ad eosque stando, ut mos erat. Ad hunc respexisse Propertium (Eleg. cit.)

& amplexum Cæsaris esse focos

visum fuit Scaligero (in eleg. cit. Proper.) cum togam sumpserat Marcellus, qua die hi, aliique ritus obibantur. Tacitus (hist. lib. 1.) vero, cum describeret modum, quo Galba Pisonem adoptavit, ait *apud frequentem militum concionem, imperatoria brevitate more D. Augusti, & exemplo militari, quo vir virum legeret*. Ex hoc loco, qui ita torquet Taciti interpretes, ut lectionem hanc invertant, ac legant *exemplo D. Augusti, & more militari*, numquid illemet modus innuitur? *Cajum, & Lucium* equidem adoptatos fuisse *per æs, & libram* emptos a Patre Agrippa tradit Suetonius (in Aug. cap. 64.), mox Cajo in Syria, Lucio autem Massiliæ breviter defunctis, *tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium* adoptatos constat (Suet. 16. cap. 65.) *in foro ege curiata*, sive ut alio in loco refert idem auctor (in Tib. cap. 23.) ex

 te-

testamento, *quoniam sinistra fortuna, Cajum, & Lucium filios mihi arripuit, Tiberius Cæsar mihi ex parte dimidia, & hæres esto*. At Galba haudquaquam ut filium recepit Pisonem per æs, & libram, ut Cajus & Lucius recepti ab Augusto, neque quidem in foro lege curiata, sive testamento, ut Agrippa, & Tiberius ab eodemmet Cæsare; reliquum est ergo *more D. Augusti*, & *exemplo militari*, ut Marcellus ab Augusto *apud frequentem militum concionem imperatoria brevitate*, quem morem secutus est Galba pro Pisone, ut fert Tacitus. Ex his potius illustrari poterit ille Taciti locus, quin invertatur, ut primus egit Æmilius Ferrejus, cui utraque manu adsentitur Lipsius (in eumdem locum Taciti), & Davanzatus in translatione Taciti; quam inversionem meliora, & optima quæque exemplaria, ad quorum fidem suam Taciti editionem revocarunt eruditissimi Vulpii, constantissime respuunt. Postquam autem convaluit Augustus, eodemmet anno, quo Agrippam Syriæ præfecit, ipse rebus aliis compositis *in Albanum exiit* (Dio lib. 53.); nunquid concomitatus fuit Marcellum Bajas properentem? Nunquid & in eadem *Albana arce* (ut vocat Lipsius Comment. in lib. Tac. de Vita Julii Agricolæ) Marcellum ibidem apud milites ut filium recognovit, Octavia instante, ut sortem Filii firmaret antequam Bajas peteret, ubi redux cetera ad Senatum inde peragerentur. Verum cum ibi mor-

mortem oppetierit, ea intacta postmodum ita relicta fuere, ut vel nulla vel ignota omnino visa sint. Ex hoc forte evenit, ut nemo historicorum, & tempus, & modum adoptionis illius attigerit, quamvis omnes adoptionem adumbraverint, aut aliis caussis retulerint. Quod vero si ante id temporis eam prosequtus sit Augustus Tarracona apud milites eo forte die, quo nuptiæ celebrabantur per Agrippam Romæ, quod innuere videntur Plutarchus idem, & Svetonius (loc. cit.), aut si eam habuit eo tempore ad domesticos lares, semper tamen eam occultare in animo fuerit Cæsaris, ne hinc Agrippa invidiæ ansam arriperet, neve contentiones forent, quas ut gliscentes mente conceperat Augustus publice Marcello tamquam filio adlecto Cæsare, atque hærede constituto. Ne autem Populus Romanus, qui Marcellum ut *magnam Romæ, & libertatis spem* (Lipf. in lib. I. Tacit.) votis suis frustraretur, occasionem sibi parabat, atque sumpserat primo *pudenda Agrippæ ablegatione, quasi conceperit aliquid, cupiveritque contra Augustum amore pristini status, & libertatis* (Lip. 16.), tum ceteris publice de lege persolvendis.

XVIII. Ut ut hæc sint certe tamen temporibus illis lubentius nomen Cæsaris Marcello collatum audiri poterat hoc jam defuncto ab ipsismet, qui cum eo imperio contendebant, sive clam adoptatus fuisset, sive proximior loco Augusto collocatus, Cæsaris nomen debebatur. Nam Spar-

tia-

tianus (in Aelio Vero) rationes adiicit, quibus sumi potest nomen illud, dum Hadriano sternit cognitionem *illorum, qui vel Cæsarum nomine appellati sunt, nec Principes, aut Augusti fuerunt, vel quolibet alio genere aut in famam, aut in spem principatus venerunt*, nemo sane erit, qui non videat (ex §. XIV. XV. XVI.) illud sibi adeptnm fuisse Marcellum, sive *quasi quidam principum Filius vir*, & *designatus Augustæ majestatis hæres* (Spart. 16.), tali autem pacto neque ulla adoptione opus erat, eo quia ut verus Principum Filius habebatur, & *in famam*, atque *in spem principatus*, venerat. Hujusmodi etiam cæsaris appellatione donati fuerunt M. Antoninus Philosophus (Jul. Capitol. in Vita M. Anton. Philo.) a Pio Antonino, hujusmodi Bassianus a Severo (Spart. in Aelio Vero), huiusmodi alii apud Scriptores Augustos. Quacumque autem ratione adoptatus fuerit Marcellus, attamen certo certius illam cæsaris appellationem sibi vindicavit; quam cum Spartianus(ib.) novam appellet, aut exemplum Marcelli sibi fugit, & latuit, aut ad adoptiones illas, quas quæsivi, animo non intendit. Hæc non facile admiterentur a Servio, & Jodoco Ascensio qui publicam ferme adoptionem approbarunt, dum fidenter scripserunt (in lib. VI. Æneid. Virgil.) de Marcello, *quem Augustus adoptarat. Is autem XVI. ætatis sus anno factus ædilis apud Bajas biennio languit unde mortuus Romam elatus est*. Summi hi Viri licet

pro-

propius ad Marcelli ætatem accesserint nulla tamen protulerunt monumenta, undenam resciverint & adoptatum fuisse, & biennio Baiis commoratum. Nam morbus, de quo Dio (lib. 53.) loquitur (§. VII.) Augusto, non autem Marcello referendus est, ut probe colligitur ex Svetonio (ib.) (§. VII.). Ut vero cetera ommittam, quæ facile ex superius dictis non supra ædilitatem vixisse, consequi videntur, & paucis adhuc legendus erat Dio (loc. cit.), ut liquido dignosceretur, non per bienninm Baiis mansisse. Augustus enim *ne uno in loco* manerent (Dio loc. cit.) Marcellus, & Agrippa, hunc emandavit in Syriam, ut Marcellus secum Romæ esset; atque tali ratione utrosque mutua molestia liberavit, seu potius jurgia, quæ merito pertimescenda forent, compressit. Certe eorumdem opinio nullo auctorum testimonio innititur; imo aperte convellitur ex Dione (lib. 53.), qui ex vitiosa aeris temperie Romæ existente dubiam statuit causam mortis Marcelli; sic enim habet, *sane mortis Marcelli causa Liviæ a quibusdam imputata est, quæ cum suis Filiis*, Tiberio, & Druso, *præferri indigne tulisset: eam tamen suspicionem dubiam effecit ejus ac sequentis anni temperies, ita vitiosa ut ingens hominum multitudo morbis absumpta sit*. Hæc sequenti anno in pestem erupit, ac desæviit per totam Italiam.

XIX. Quod vero si Dio, aliique causam Marcelli mortis Liviæ adscribant:

Ta-

Tacitus (lib. II. annal. 41.) Pliniusque (lib. VII. 95.) ea culpa non liberant ipsum Augustum. At hoc habet illustrium virorum integra maxime ætate mors, ut ea non naturæ, sed aliorum vitio referatur. Verum cum grassaretur ea aeris vitiosa temperies quare isthæc in caussa non revocabitur? Esto jam ambitione semotam Liviam astu in Marcellum contendisse pro ampliori filiorum fortuna, & per imperio; esto, Marcellum pro eadem consequenda impedimento fuisse; singuli tamen auctores, qui aut Liviam, aut Augustum sic traducunt, hanc culpam illis non certo inurunt, sed tantum suspicantur; quæ quidem si in Livia verosimilior reddatur; non ita in Augusto, qui maluit Agrippa carere, quam amori erga Marcellum vel tantillum cedere. Accedit, morbi indolem affinem fortasse fuisse morbo Augusti, quem veneno præmotum, & excitatum nondum nemo unus suspicatus est. Talis enim fuit morbi hujus natura, ut balneis frigidis, frigidisque potationibus curata fuerit ab Antonio Mussa, cui propterea honores decreti fuere (Dio lib. 53.) Ejusmodi frigidis potationibus & Marcellus curatus fuisse videtur, *ut in Augusto convinceretur opus fortunæ, fatique sibi arrogasse* (Dio ib.) At sane nimis inepte se gessisset, si jam ad diversam morbi indolem unum, eumdemque curationis modum adhibuisset, cum jam & ipse Musa certo scivisset, sic ab æternis illis honoribus, quos sibi peperit, turpiter excidere consulto.

to oportere. Si itaque utrique non dissimilia remedia applicuit, haud dissimilis quoque conjicitur morbus, qui disparem tamen exitum sortitus est. Huic rei facile assentirer, cum diffidentes auctores, qui illius mortem aquis Bajanis atribuunt, conciliari possunt. Cum enim nil profuissent frigidæ illæ potationes, tepentes aliæ substitutæ fuerunt, quæ constantissime ad Musam usque in more erant apud Romanos, quarum usum Herculi musageti referebant acceptum, cui itidem veluti speciali cultu dicatæ erant (Aristoph. in Nub.) Hæ cum ex communi voto salubriores haberentur, Bajas se transferre consilium iniit, in cujus agro calidæ, ac tepentes aquæ tum ad voluptatem, tum ad varios morbos aptissimæ; atque præcipue ut Romæ declinaret aeris vitiosa temperies; Bajæ enim Campaniæ Urbs secus mare sita aeris temperie saluberrima habebatur, atque Romanorum civium frequentia, ornamentisque ædificiorum celeberrima, unde Horatius (lib. I. Epis. I.)

Nullus in orbe locus Baiis prælucet amænis

XX. Hinc paulatim in altera controversia pedem intuli; utrum Baiis, an potius Stabiano vitam expleverit fama meliore, quam fortuna; prior Justum Lipsium, Servium, Ascensium, atque inter omnes Propertium Marcello coævum, aliosque adstipulatores habet; altera vero Scaligerum,

qui

qui eam velut communiorem adprobat. Ceterum præter pauca ea, quæ supra (§.XIX.) commemoravi, contra Scaligerum rem conficit, ni fallor, idem Lipsius (in comment. in lib. 1. Tacit.) qui eumdem Scaligerum sugillat, & arguit: *ut clare*, inquit, *testatum reliquit Elegia huic rei propria Poeta umber. Nec scio cur Vir doctus tantopere portendat mortuum eum potius in Stabiano. Quid? Propertius, qui vixit id ævi, locum nescivit funestum juveni tam illustri? Scivit. Sed dedit hoc, inquit, Liviæ, quæ suspicione laborabat Marcelli interempti: nec hercle immerito. Num ergo venenum dari Baiis minus potuit, ac in Stabiano? Scilicet soluta omni crimine illa aulica Medea, si Marcellus obiit Baiis. Ego vero, vir maxime, nullam causam video hujus tuæ tam seriæ adsertionis, placetque cum Propertio, & vulgatis Servii libris mortuum cum in Bajano.* Hujusmodi Lipsii sententiæ non leve pondus adaugeretur, si huic tempori, quo Marcellus Baiis morbo detinebatur, referendum foret id, quod tradit Suetonius (in Aug. c. 64.) Cæsarem nimirum per litteras ob impudicam Filiæ indolem redarguisse Lu. Tucinium, clarum, decorumque juvenem, qui Juliam conjugem illuc comitatam, ac cum eo commorantem Bajas salutatus venerat. Quantumvis autem Stabiæ haud procul Baiis sistant, non videam quomodo hæc *non difficulter conciliari possint* (nota marg. in comment. Lipsii in lib. 1. Annal. Tac.)

XXI.

XXI. Sed redeam ad caussam mortis Marcelli. Peculiaria quædam argumenta esse possent pro vindicando Augusto ab eo crimine, quæ quidem pressius valerent si libera forent a qualibet calliditate, qua Augustus uti solebat magnis potissimum in rebus, quaque forte luctum simulavit, quo *breves*, & *infaustos Populi Romani amores suos lugerunt*. (Tac. Annal. lib. II.) Ipse certe magis hujus, quam *Caii*, *Luciique* morte *fractum* se exhibuit (Suet. in Aug. cap. 65.), imo cum Octavia, quam in oculis ferebat, communem fletum habuit (Velle. hist. lib. II.); quo non ita facile inducar ut credam, eam passum esse orbari Filio, ac Filiam Viro, quem ita sibi charum, habebat ut probrosa Agrippæ ablegatione huic jam antepofuerat, secumque eo animo retinuerat, ut institueret, ac ordinaret velut subsidia dominationis suæ, quam eidem remittendam instituerat (Sene. lib. cit. de consol. ad Marc.) hortante ipsa sorore. Hæc quidem reliquo vitæ suæ tempore adeo vehementer doluit, ut *nec ullas admiserit voces salutare aliquid afferentes*, *nec avocari se quidem passa fuerit*. *Intenta in unam rem*, & *toto animo affixa*, *talis per omnem vitam fuit*, *qualis in funere*, *non dico non ausa consurgere*, *sed allevari recusans* (Sen. Consol. ad Marc. cap. II.) Ipsa insuper bibliothecam ad memoriam Filii æternitati parentandam construxit. Imo vero æque in ipsa, atque in Augusto acerbior recruduit do-

dolor, cum Virgilius elegantissima illa carmina, quæ initio dedi, conscripsisset: Huic enim *tres omnino libros recitavit, secundum videlicet, quartum & sextum, sed hunc præcipue ob Octaviam, quæ cum recitationi interesset, ad illos de Filio suo versus:* Tu Marcellus eris: *defecisse fertur, atque ægre refocilata, dena sestertia Virgilio pro singulo versu dari jussit* (Servius in in Vita Virg.) subdit Lipsius, Virgilium præ eorum lacrimis identidem legere interturbasse. Demum ipsemet Augustus (Dio lib. 52.). Marcellum *funere publico elatum, laudatumque pro more in sepulchrum ab ipso factum condidit, memoriaque eum theatri ejus, quod ante captu n a Cæsare, Marcelli dictum est, honesta: it: jussitque ut ludis Romanis effigies Marcelli aurea, aureaque corona, & sella curulis in theatrum inferetur, mediaque inter præfectos iis ludis magistratus collocarentur.* Illud autem Marcelli theatrum dedicavit tantum Augustus *an. V. C. DCCXL. coss. Claudio T. F. Ap. Nerone, & P. Quintilio Sext. F. N. Varo; ludisque ejus rei gratia factis. Irsiam inter alios patricios pueros Nepos Augusti Cajus lusit, feræ africanæ DC. occisæ* (Dio lib. 54.) non honorificentius itaque Augustus Marcelli mortem publicis doloris signis testari poterat, neque deinceps illius memoriam ædificiis eidem dicatis colere, & venerari; iis nempe honoribus vere ut Filio, & Cæsari debitis omnino, cujus proinde vir-

tu-

tutes etiam, quæ ſperandæ erant, corona aurea, qua eas donari, mos erat apud Romanos, cinxit, extullitque.

XXII. Hæc prôtendit jam averſa nummi pars. Corinthii, qui Julio Cæſari Patri Auguſti reſtaurationem ſui referebant acceptam, quique poſtquam ſtetiſſent partibus M. Antonii propria manu perempti, in gratiam ejuſdem Auguſti recepti erant, ut huic devotos ſeſe præſtarent, gratificerenturque Octaviæ, cui quoque ultra eorum forum ædem extruxerunt (Pauſanias in Corinth.) Corinthii, inquam, nummum hunc C. Marcello inſcriptum ſignaſſe videntur aut eo ipſo anno, quo S.C. ſtatua aurea, aureaque corona decreta fuit, aut altero, quo in theatrum evecta. Hujuſce primi Ceſaris nummos jam cuſos fuiſſe apud Corinthios, haud inveroſimile videbitur animadvertenti, Corinthios cuilibet in familiam Cæſarum adſcito nummos ſignare conſueviſſe; non minus ſane ſolliciti ipſis Auguſtis, ac Imperatoribus, quam & domeſticis ædificia publica extruere, & nummos imprimere, iiſque dicare; quod non omnibus aliæ Coloniæ præſtiterunt, ut obſervari juvat apud numiſmatum collectores. Porro in hoc nummo, in quo Victoria alis expanſis coronam utraque manu geſtiens viſitur, ſpes tantum victoriarum, quas conſecutus fuiſſet. ubique fama obſtrepentium corona donandarum innuitur, quoniam cum perdifficile ſit laudare puerum, qui quidem non laudatur, ſed ſpes, ut ait Cicero (in dial.)

quem

quem secutus est Virgilius futuros Marcelli trophæos laudibus extollens.

> *Invictâque bello*
> *Dextra? non illis quisquam se impune tulisset*
> *Obvius armato, seu cum pedes iret in hostem*
> *Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.*

Aut etiam verius, ac ad mentem Augusti accommodatius Victoria eam coronam protendet quæ victoribus in ludis danda esset. Cum enim petpetuum eum ædilem constituisset, seu perpetuum ludorum præfectum, summumque præsidem inter eos Magistratus, qui sertum vincentibus largiri debuerant, hoc utique pacto eam Augusti mentem, qua ipse in theatrum statuam invexerat, (Dio lib. 53.) refert Victoria illa cum corona donanda omnibus in theatro plaudentibus. Propertius utramque explicationem, atque illustrationem obumbrat

> *I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos*
> *Stantiaque in plausum tota theatra juvent.*

Vix ac ergo illuc invecta fuerit, si conjecturis locus, putarem nummum signatum, in quo & mens Augusti referebatur, & cæsaris nomen legitur; quod quidem liben-

libentius, cum nullus iam invidia contenderet, audiri ab omnibus potuit, & adoptioni evulgandæ debitum, ac demum Augusto, & Octaviæ quam acceptum.

Hæc ea sunt, quæ hujus numismatis licet dubiæ fidei occasione subcissivis horis de Marcello hactenus commentatus sum. Vestrum erit, ea legere, non vero eo ingenii, mentisque acumine, quo poletis, sed potius singulari propemodum, humanitate, qua soletis, æqui bonique consulere, ut animum in dies addatis ad alia, atque majora capessenda, quæ in animo sunt, pro vestris numismatibus illustrandis, quæque plenius a ceteris diuturnis studiis otium postulant.

Clausus ab umbroso, qua ludit Pontus Averno
Humida Bajarum stagna tepentis aquæ.
Qua jacet & Trojæ tubicen Misenus arena,
Et sonat Herculeo structa labore via;
Hic ubi mortales dextra cum quæreret urbes.
Cymbalo Thebano concrepuere Deo;
At nunc invisæ magno cum crimine Bajæ,
Quis in vestra constitit hostis aqua?
His pressus Stygias vultum dimisit in undas
Errat, & in vestro spiritus ille lacu.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater & amplexum Cæsaris esse focos?

Aut

Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro
Et per maternas omnia gesta manus?
Occidit, & misero steterat vigesimus annus
Tot bona tam parvo clausit in orbe dies.
I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos
Stantiaque in plausum tota theatra juvent, &c.

Propert. lib. iii. Elog. xviii.

DE

DE CULTU
B. BONAVENTURÆ
TORNIELLI
FOROLIVIENSIS

Ordinis Servorum B. Mariæ V.

Ad Amplissimum Virum Franciscum Mariam Peccoronium ejusdem Ordinis Procuratorem Generalem, & Sacræ Rituum Congregationis Consultorem.

DISSERTATIO EPISTOLARIS

FLAMINII CORNELII

Senatoris Veneti.

Anctorum Virorum gesta, virtutesque Fidelibus exponere tamquam illustres Christianæ perfectionis imagines jam usque a primis sæculis sapienter consuevit Sancta Mater Ecclesia, quæ proinde ipsorum memorias sacris honoribus, & devoto cultu celebrari præcepit. Id superno illustratam lumine profecto egisse fatemur; siquidem quidquid obsequii ad cultus Sanctis debiti augumentum ordinate confertur, id totum ad gloriam Dei majorem, & animarum profectum provenire dignoscimus. Manifestatur hoc in ipsorum Sanctorum solemnitatibus; siquidem dum præclara eorum merita Ecclesiasticis Officiis celebrantur, tunc Omnipotentis Dei bonitas, ex qua omne datum optimum tamquam ex fonte procedit, clarius nobis elucet, & Fidelium corda dum ex celebritatis pompa delectationem percipiunt, ad æmulanda pietatis officia interno ardore impelluntur. Id itaque probe noscens Sacrosancta Dei Ecclesia, quæ Spiritus Sancti lumine

regitur, nova identidem nobis proponit exempla virtutum, sive in iis Dei Famulis, quos ordinatis ritibus ad Sanctorum gloriam evehit, sive in iis, quos longo & immemorabili cultu a Populis honoratos, vere Beatos dici, & esse pronunciat, atque eos proinde Ecclesiasticis Officiis honorari permittit. Multa, & illustria, Reverendissime Pater, in sacra, quam professus es, Religione Servorum Beatæ Mariæ Virginis (ne extra eam plura coacervemus) hujusmodi glorificationum occurrunt exempla, eorum præsertim, quos continuata Fidelium devotio per tempus immemorabile palam venerata est; quapropter Sedis Apostolicæ authoritas, veritate cultus probe inspecta, ne dum venerationem eis præbitam approbavit, verum etiam ipsorum celebritates Missa & Officio ad honorem indultis peragi solemniter concessit. Ex eo numero sunt Beatus Joachim Senensis, Beatus Jacobus Philippus Bertonus, Beatus Joannes Angelus Porri, Beatus Franciscus Patritius, Beatus Alexius Falconerius, atque sex Beati ipsius Socii ad clarissimum Ordinem tuum instituendum a Deipara Virgine specialiter electi.

De aliis Sacri Ordinis Servorum alumnis, qui ob egregia gesta, & multiplicata miracula publicam, & immemorabilem venerationem obtinuerunt, nec tamen

tamen Ecclesiastico Officio coluntur, non semel tecum, Clarissime Vir, sermonem habui brevi eo tempore, quo in in hac Venetiarum Urbe commoratus es, tibique verba mea humaniter excipienti, quasi dolens significavi splendidissimum Ordinis tui, & Ecclesiæ lumen, sanctitate, meritis, & prodigiis illustre, adhuc veluti sub modio delitescens negligi, quamvis ejus immemorabilis, publicus, & Ecclesiasticus cultus non uno argumento probari evidenter possit.

Omnia, quæ ex ore, tunc te præsente, protuli, ut in scriptis redacta tibi absenti dirigerem, gravibus me verbis hortatus & efficaci sollicitudine mandavit Clarissimus Vir Magister Joseph Maria Bergantenus de Veneto hoc Servorum Cænobio, in quo regularia vota emisit, meritissimus, in hac quoque re laudabile manifestans studium, quo Religiosæ Familiæ suæ decorem in eruendis colligendisque antiquis ipsius documentis diligentissime promovit. Deterruit primum negotii suscipiendi gravitas, impar id tenuitati meæ onus esse agnoscens, verum in eo de Illustris Servi Dei gloria agi animo mecum reputans, novam hanc Spartam illustrandam suscepi non meis viribus (quæ nullæ sunt) fidens, sed in Deo, qui est Servorum suorum gloria, spem omnem

 fausti

fausti exitus collocans, atque admirabiles divinæ voluntatis dispositiones præsertim agnoscens, qui viliora & infirmiora plerumque instrumenta eligit, ut per ea arcanum divini Consilii adimpleatur. Opportunum autem esse hoc tempus ideo mihi persuasi, quia tu, Vir Laudatissime, doctrina, & prudentia præstans Sacræ Rituum Congregationis consultationibus & decretis Consultor adstas, & Sacra Servorum Deiparæ Virginis Familia a Reverendissimo Patre Magistro Hieronymo Vernizzio Generali Priore regitur, cui nihil jucundius evenire potest, quam in uno eodemque opere gloriam Dei, Sanctorum honorem, & Amplissimi Ordinis, cui laudatissime præest, decorem simul coadunare.

Jam probe noscis, Doctissime Pater, me de Beato Bonaventura Torniello Foroliviensi dissertationem disponere, qui merito Virtutum, & gloria Miraculorum plausus hominum vivens, & venerationem Populorum defunctus sibi promeruit. Quamvis autem in epistolari hac dissertatione id mihi potissimum proposuerim, ut Beati Viri cultum, ostenderem, publicum esse, & per multorum annorum seriem immemorabile tempus superantem continuatum, ipsumque variis venerationis speciebus evidentissime probarem, attamen mihi lice-

licere ex devotionis affectu arbitror, aliqua ex ipsius gestis enuntiare, ut exinde evincatur, quod haud immerito ipsius memoriæ a Populis delati fuerunt Ecclesiastici honores. Atque utinam temporum edacitas, & hominum incuria nobis non eripuissent plurimas Apostolici Viri memorias; si enim adhuc suppeterent, profecto ex eis appareret luce clarior eximia Beati Bonaventuræ sanctimonia, qua in vita & post obitum admirationem & reverentiam Civitatum & Populorum sibi conciliavit. Ea tamen, quæ, Deo disponente, adhuc supersunt, e puris gravissimorum Scriptorum fontibus deprompta levi calamo attingere fas sit.

Beatus Bonaventura nobilissimo genere ex Familia Torniella natus est, apud Forolivienses, ejusque clarissimæ & vetustissimæ Gentis originem referunt Scriptores ad Opizonem, qui se suosque Novaria Forolivium asportavit anno MCCLIV. Ingenue educatus cum famulari Deo in obsequium Deiparæ Virginis decrevisset, adolescentiam nondum egressus inter alumnos Sacri Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis admitti impetravit, statimque pietate & doctrina adeo excelluit, ut Consodalibus suis absolutum religiosæ perfectionis exemplar in se ipso ostenderet. Professione votorum emissa ad Venetum San-

ctæ Mariæ Servorum Cœnobium Superiorum jussu anno MCCCCXLVIII. (a) missus (ubi tunc sanctitate vitæ, & Apostolicæ prædicationis zelo florebat Beatus Bartholomæus Venetus) ibidem per sex annos ad studia incubuit, quibus se ad Evangelicum concionandi munus egregie comparavit. Disseminando itaque Dei Verbo destinatus admirabili spiritus fervore grave officium exercuit, & quamvis pusillus esset statura, exili corpore, & despectibili forma, naturales tamen hos defectus vitæ sanctioris fama, & sermonis efficacia adeo superavit, ut in concionibus alter Paulus, omnium Scriptorum testimonio, sua tempestate haberetur, hominibus turmatim ad ejus prædicationem undique convolantibus. Plurimos itaque fervidissimo sermone e vitiorum cœnueductos ad bonam frugem adduxit, multosque a sæculi tempestatibus abstractos in Religionis portu collocavit. Ejus propterea in peccatorum conversione vim & robur celebravit Gasparinus Borrus Venetus, doctus æque ac pius Ordinis Servorum alumnus, & Beato Viro coœvus in Italico carmine quod de ipsius obitu concinnavit, ubi mortem, quæ Beatum Bonaventuram rapuerat, sic arguit.

Tu

(a) Ex regestis in Archivio Cænobii.

Tu togliesti il soccorso all' uman gelo
Contro de vizj, e de peccati un Marte
Mentre che visse in questo mortal Velo.
Connobbelo l' Italia in ogni parte.
Signori e gran Maestri, e popolari
Ebbe dal Cielo, e non dal Mundo l' arte.

Neque tamen quamvis assiduo Verbi Dei promulgandi exercitio occuparetur, assuetas sui Instituti austeritates unquam aut dimisit, aut mitigavit, quinimmo eis acriores addidit corporis sui cruciatus; nudis enim pedibus æstatis calorem hyemisque rigorem per nives & glacies patientissime toleravit, adeo ut frequenter in pedibus rimulas sanguinem effluentes haberet, quo ipsas itinerum suorum semitas aliquando aspergebat. *In vestitu contemptissimus* (a) *nullo tempore carnes comedebat, vinum numquam bibit, supra nudam terram aut interdum supra tabulas cubabat, & ea tandem agebat, quæ pro domando corpore*

A 5 vide-

(a) Philippus Albericus de Mantua in Catal. Vic. Gener.

viderat opportuna. Tantam vitæ austeritatem, atque eximiam, quam ex Crucifixi Domini contemplatione hauriebat scientiam Bonaventura, expressit laudatus Borrus his carminibus.

Poco apprezzava nostra mortal spoglia
Scalzo, e contento d' una tonichetta
Paziente ad ogni affanno, & aspra doglia: ac deinde
Piacquegli troppo il morso di conscientia
La Croce, e il Crocefisso fu sua guida
Questa fu la Dottrina, e la sua scienzia.

Solitudinis itaque desiderio flagrans, ut contemplationi dolorum Christi Domini liberius vacaret, dum Præfectus esset Sancti Marcelli de Urbe Cœnobii, strepitum Romanæ Aulæ deseruit, assumptisque secum sex aliis ejusdem propositi Sociis in Eremum Latinam se abdidit permissu Christophori Tornielli Justinopolitani tunc Prioris Generalis, *ut procul a cogitationibus humanis, quæ spiritui sunt impedimento* (a), *ne Deo copu-*

(a) Ex Georgio Viuccino de Vir. Illustr. Foroliv.

copuletur, ad meditationem cælestis Patriæ eum elevaret. Quod cum intellexit Xystus IV. Pontifex Maximus, Bonaventuræ propositum laudavit, ac satis conscius ingentis illius sapientiæ & zeli illum charactere Pontificii Concionatoris insignivit. Annuus recessus fuit, a quo demum tanta Sanctimoniæ fama emersit, ut omnes videre, & audire vitum tamquam a Cælis missum certatim niterentur. A dilecta itaque solitudinis quiete coactus discedere, derelictum concionandi officium iterum assumpsit, cumque *per Hetruriam iter nudis plantis & lacero vestitu aggressus* fuisset, *antequam Florentiam perveniret, eum præcedente fama, tota Civitas commota est, nobilissimique Cives obviam prodeuntes ipsum Senatus nomine precati sunt, ut explere cupiditatem populi divinum Verbum sitientis ne recusaret. Ter in Cathedrali Basilica conciones habuit tanta auditorum frequentia, ac fructu, ut omnes præ contritione cordis profuse lacrimarentur.* Annode inde MCCCCLXXVI. dum Perusiæ, sævissima per eam Urbem grassante pestilentia, de pœnitentia ad populum fervidissime diceret, Proceres hortatus est, ne ex Urbe, inopum curam, & subsidium negligentes, discederent; indeque ut divinam averteret iram, indictis supplicationibus, omnes Civitatis Ordines in Pœnitentium formam dispositos per quindecim dies Dei

misericordiam implorantes circumdixit, præeunte agmina Vexillo Sancti Florentii nuncupato, in quo hæc carmina inscripta visebantur.

Oh popolo obstinato, iniquo e rio
Crudel, superbo, ingrato e pien d'inganno
Ch'hai posta la speranza, e'l tuo desio
In cose piene di mortale affanno;
Io son l'Angel del Ciel, messo di Dio
A farte noto, che à la pena, e al danno
De le tuoie piaghe, e de le tuoie rovine
Per prieghi di Maria ci ha poste fine.
Volgete gl'occhi miseri Mortali
A grandi exempli presenti e passati
De le miserie estreme, e dei gran mali
Che 'l Ciel vi manda pei vostri peccati
De Homicidj, Adulterj principali
De Avaritia, Luxuria, oh scelerati
La Justizia del Cielo non fa a furia

Ma

Ma lui sempre punisce omne sua injuria

Ninive fu Ciptà florida e magnia
E Babilonia, ed ora non son niente,
E Sodoma, e Gomorra, e quanto bagnia
D'Aqua, e de zolfo nera, e puzzolente.
L'altra che vinse l'odio, & or si lagnia
Posta in Septentrione da Occidente
De suoi peccati antiqua e bella Roma (*a*)
Che in servil giogho il Ciel la strazia, e doma.

Or siate dunque grati e cognoscenti
Di Fede, Carità, Pace, ed Amore
E se pur voe sarete pigri e lenti
A non volere abandonar l'errore
Novo giudizio a voi annunzio, e stimo
Che sia maggiore, e più crudel del primo.

Con pianto fatta fu gridando ohmei

Del

(a) Constantinopolis.

Del Mill' settanta quattrocento sei.
idest 1476.

Quum igitur *ad corruptelas sæculi purgandas superne electus* fuisset, per clarissimas Italiæ Urbes discurrens Evangelicum semen sparsit, Bononiæ præsertim, in qua Civitate (Comitiis sui Ordinis, quibus interfuit, absolutis) onus Concionum infra annum in Ecclesia suscepit, *non sine maxima* (a) Bononiensium affluentia, & devotione, ipsum enim *veluti Sanctum Virum cælitus sibi demissum admirabantur, & venerabantur omnes*. Venetiis quoque, dum Conciones Quadragesimales ingenti cum fervore aliquando haberet, quadraginta Viros insidias Mundi declinare docuit, & ad regularis Instituti professionem in sacro Servorum Ordine adduxit.

Neque tamen tot illustrium Civitatum plausus, quibus ubique excipiebatur, unde certatim homines transeuntem tangere atque ex ejus vestibus fragmenta discerpere nitebantur, Bonaventuram supra se extollere unquam potuerunt, qui humilitatis pariter ac paupertatis rigidissimus cultor ab instituta vivendi ratione numquam discessit. Vilissima vir Sanctus tunica tectus sine tibia-

(a.) Ex Armal. Ord. Serv. Tom. 1.

tibialibus ac calceis per asperas longasque vias glacie & nive rigentes gradiebatur, prolixam, & incultam barbam nutriens, unde ludibria, potius quam laudes sibi conciliare studebat. Neque ipsius humilitatis consilium omnino in irritum cessit; siquidem multi ex infima plebe petulantiores ex pannoso amictu, & inculta barba irrisionum argumenta sumentes Fratrem Barbettam (Frà Barbetta) eum appellare cæperunt: cumque id cognomentum deinceps in ore omnium versaretur, per illud magis, quam per proprium Bonaventuræ nomen multis in locis agnoscebatur. Humilitate itaque, & sui ipsius contemptu ad summam Religiosi Viri perfectionem dispositus majores semper in virtutibus progressus fecit, oratione ad longas horas producta spiritum refovens, corpusque jugiter Crucis mortificatione affligens, a carnibus enim, ut dictum est, & vino abstinens pane solum & herbis in sobrietate vescebatur, sitim aqua extinguebat, & brevem, duramque quietem super humum, vel super tabulam stratus fessis labore membris concedebat. Neque his quamvis gravissimis asperitatibus contentus catenis, & flagris in se desæviebat, *ne ullum corpori deesset pœnarum genus*, (a) *& spiritui meritorum* incrementum,

In

(a) Pocciantus in Chron.

In arctissima itaque pœnitentia vitam agens, *nec a viis antiquorum Patrum unquam declinans*, alios quoque indefesse ad pœnitentiam evocabat, verbum hoc *A Penitenza* frequenter, & repetito exclamans; illudque semper in ore, sicuti continuo in opere habebat. Interea dum per Italiæ Urbes, Domino sermonem ejus confirmante, (*vivens enim adhuc plurima miracula* (a) *a Deo fieri suis orationibus obtinuit*) miras operatur peccatorum conversiones, congregantur anno MCCCCLXXXVIII. (ut supra innuimus) Comitia sui Ordinis, in quibus Bonaventura ipse *præclarum quidem & virtutum splendore* (b) *& morum sanctitate sui Ordinis jubar* Vicarius Generalis Congregationis, quæ tunc Observantium vocabatur, amplis Patrum suffragiis efficitur: sed vir humilitatis suæ tenax, *cum se electum percepisset, statim audita re, fugam molitus est*, verum a Cœnobitis *in limine* (c) *januæ interceptus*, *nequaquam eorum votis stare non potuit*. Onus itaque sibi delatum, quod ex obedientia invitus suscepit, sanctissime, & cum maxima prudentiæ laude administravit, zelum disciplinæ regularis ita mansuetudine tem-

(a) Philip. Albericus de Mantua.
(b) Ex Annal. Ord. Serv. Tom. I.
(c) Phil. Albericus.

temperans, ut quos errantes reprehenderet, ad morum reformationem suavissime quasi manu deduceret, illud propterea frequenter repetens : *Mansueti hæreditabunt terram* . Quod autem optimum regendi genus est, continuo præstitit, ut in omnibus semetipsum normam vivendi præberet, subditosque ad observantiam & perfectionem sermone & opere provocaret. Tot itaque charitatis & pænitentiæ meritis cumulatus jam Cœlo maturus, Utini (quæ Civitas est nobilissima Foro-Juliensis Provinciæ) dum Quadragesimales Conciones assueto fervore exerceret ; senio, (octogesimum enim superabat annum) laboribus, & vitæ austeritate attritus in morbum incidit, quo ingravescente, cum prius muniri ecclesiasticis Sacramentis devote voluisset, ad Cœlestem Patriam emigravit Feria V. in Cœna Domini, quæ eo anno dies erat Martii decima nona.

Hucusque de piissimi Viri gestis, & virtutibus, quarum splendor quamvis universæ ferme Italiæ illuxerit, attamen eas levi calamo attigimus, ut fusiori indagatione diligentius perpendatur ejus immemorabilis cultus, de quo in præsentiarum agendum est. Ad ipsius perscrutationem itaque progrediamur, quam ut utilius perficiamus, opus erit, ea quæ post pretiosam ejus mortem

tem acta sunt, enarrare, præcipue peracta ejus translatione ad Venetam Civitatem, a qua incipit ejus cultus, qui juxta Ecclesiasticas regulas est ponderandus.

Evolata ad Domini gaudium Beati Bonaventuræ anima, Corpus in Utinensi Servorum Ecclesia Sanctis Gervasio, & Protasio dedicata, quæ vulgo Sanctæ Mariæ Gratiarum nuncupatur, expositum fuit communi Civium luctui, qui circa feretrum veluti inconsolabiles filii Patris Spiritualis jacturam deplorabant. Servi sui sanctitatem quibusdam miraculis Deus illustrare voluit; quapropter ad ejus sepulcrum, quod in segregato loco supra terram eminens, ex universæ Civitatis voto, collocatum fuerat, factus est hominum frequens concursus, qui pro obtentis sanitatum, & gratiarum beneficiis tabellas votivas, cereos, & donaria ferebant. Adversus hæc publici cultus exordia insurrexit Vicarius Aquilejensis negans Viro, cujus Sanctitatem nondum Sedes Apostolica approbaverat, deferri posse honores, qui Sanctis solummodo a Summis Pontificibus in Albo Cœlestium adscriptis, debebantur. Austero Vicarii mandato obedientiam præstare recusarunt Comitia Generalia Civitatis Utinensis; cumque deinde Vicarii præceptum novo mandato robo-

rasset Jacobus Valaressius Episcopus Justinopolitanus Patriarchatus Aquilejensis per ea tempora Apostolicus administrator, Civitas Utinensis, & simul cum ea Cœnobitæ Sanctæ Mariæ Gratiarum, (qui interea pro reverentia Ecclesiastici decreti ab omni cultus specie cessaverant) ad Sanctam Sedem Apostolicam provocarunt, protestantes insuper, *quod amotio Imaginum, cereorum, & scripturarum privatarum* (a) *per diversas, & plurimas personas oblatarum, seu oblatorum ob gratias consequutas ab Omnipotenti Deo, non cedat ad aliquod præjudicium jurium suorum, quia amoverunt ea, non ut suæ appellationi renunciare velint, sed ut crescant per meritum parendo sententiæ Reverendiss. Domini Comissarii.* Asseruerunt insuper in appellatione *Sanctam Sedem solitam esse talia admittere de Personis exemplaris vitæ, quæ in Ecclesiis sepeliuntur, & ut Beati, succedentibus miraculis, publice venerantur; Beatus Lucas socius Sancti Antonii de Padua, Beatus Antonius Peregrinus, Beatus Compagnus, Beata Elena*; (ex iis Beatus Lucas aram, Beatus vero Antonius Peregrinus, & Beata Elena Ecclesias sibi dedicatas habent) *Similia facta fuerunt Beato Bernardino* Senensi *ante Canonizationem, Beato Simoni*,

(a) Ex documentis mox affer.

ni, de quo non minus est dubitationis propter infantiam, & qui Officio proprio colitur in Civitate & Diœcesi Tridentinis. Profecto iis addere potuissent innumeros, quibus, inconsulta Sede Apostolica, (quod nunc post venerabilia Urbani Papæ VIII. decreta nefas esset) delatus fuit a populis publicus cultus, atque titulo Beati decorati fuerunt.

Documenta sententiarum, & appellationum (de quibus nullum prodiit Apostolicæ Sedis judicium) ex authographis documentis in utroque Archivo Civitatis & Cœnobii Utinensium asservatis fideliter deducta exhibemus.

Vicarii Generalis Aquilejensis.
Mandatum.

„ Nicolaus de Guliola Juris Doctor
„ in Patriarchali Diœcesi Aquilejensi,
„ Sede vacante, Vicarius deputatus.
„ Universis, & singulis utriusque se-
„ xus fidelibus in præfæta Aquilejensi
„ Diœcesi residentibus, seu ad eam ve-
„ nientibus, quibus eæ nostræ litteræ
„ diriguntur, Salutem in Domino, &
„ nostris hujusmodi haud inconsulte
„ emanatis firmiter obedire præceptis:
„ Quia sacræ Leges, & Canonica jura
„ variis, & diversis in locis detestan-
„ tur, & prohibent aliquem pro San-
„ cto haberi, seu venerari, vel ei pu-

„ bli-

„ blicas, & solemnes preces porrigi,
„ nisi prius ille talis per Summum
„ Pontificem, & Apostolicam Sedem
„ fuerit pro Viro Sancto approbatus,
„ & in Catalogo redactus Sanctorum,
„ & ii, qui secus faciunt, graviter
„ peccant, & in erroneam superstitio-
„ nem (quæ damnatam sapit hære-
„ sim) manifeste prolabuntur. Ideo
„ ad occurrendum detestandis errori-
„ bus, qui contra præfata jura, & non
„ sine animarum discrimine proximis
„ diebus, circa corpus Fratris Bona-
„ venturæ a Barba cognominati Or-
„ dinis Servorum in Ecclesia Sancto-
„ rum Gervasii & Protasii de Utino
„ tumulatum commissi esse dicuntur,
„ & in dies publice committi. Harum
„ serie, quas primo in Ecclesia Majo-
„ ri Utinensi, & alibi, prout expedie-
„ rit, legi, & insinuari, & deinde in
„ Valvis ejusdem, & aliarum Eccle-
„ siarum ad tollendum omnibus igno-
„ rantiæ excusationem, affigi volumus,
„ interdicimus, & authoritate, quâ
„ fungimur, expresse inhibemus vobis
„ universis sub pœna Interdicti, & sin-
„ gulis vestrum sub pœna excommu-
„ nicationis latæ sententiæ, quam ex
„ nunc, prout ex tunc, & e contra
„ ferimus in vos, & vestruum quem-
„ libet inobedientem in his scriptis tri-
„ na Canonica monitione præmissa.

c „ Quod

,, Quod deinceps nullus audeat, vel
,, præsumat dictum Fratrem Bonaven-
,, turam pro Sancto venerari, aut ei
,, preces, & honores uti Sancto publi-
,, ce vel solemniter exhibere, seu Tu-
,, mulum ejus visitare, sive ante ipsum
,, genua curvare, candelas vel Cereos
,, incendere, aut Imagines cereas, vel
,, alia vota offerre, donec, & quous-
,, que a præfata Sede Apostolica non
,, fuerit canonizatum, vel aliud su-
,, perinde decretum. Prohibentes ulte-
,, rius, sub dicta anathematis pœna ipso
,, facto per inobedientes incurrenda,
,, Notariis & Tabellionibus quibuscum-
,, que, quod in futurum nulla præten-
,, sa miracula dicti Fratris Bonaventu-
,, ræ scribere, aut aliter annotare præ-
,, sumant absque nostra seu Patriarcha-
,, lis Sedis licentia, & qui aliqua for-
,, te hactenus annotarunt, teneantur
,, notam ipsam quam fecerunt, nobis
,, realiter, & cum effectu præsentare,
,, & tradere infra terminum dierum
,, trium ab harum insinuatione compu-
,, tandum, obligatæ sint id totum, quod
,, habent Rev. Domino Decano Utinen-
,, si, vel nobis tradere & consignare
,, absque aliqua reservatione. Certio-
,, res denique facientes vos omnes, &
,, singulos suprascriptos, quod contra
,, rebelles, & inobedientes in prædi-
,, ctis, seu aliquo prædictorum ad exe-
cutio-

„ cutionem ipsarum pœnarum sine tar-
„ ditate, & remissione aliqua, justitia
„ mediante procedamus, etiamsi opus
„ fuerit nominatim. Inhibentes præter-
„ ea sub eadem pœna, quod nullus
„ audeat præsens Edictum nostrum de
„ loco, in quo affixum fuerit, remo-
„ vere, vel contra ipsum aliqualiter
„ innovare. Datum Utini sub impres-
„ sione sigilli rotundi Rev. Capituli
„ Aquilejensis, quo, Sede vacante,
„ utimur. Die Sexta Aprilis MCC-
CCLXXXXI.

In assertam erroneam superstitionem, quæ juxta Vicarii sententiam sapit hæresim, dicendum est prolapsos esse omnes Catholicos viros; *etenim, ut nemo ignorat, in omnibus propemodum Catholici Orbis Diœcesibus plerique Dei Servi atque Beati cultum publicum nanciscuntur* (a) præcipue *ratione immemorabili, absque eo quod ullus unquam confectus fuerit peculiaris processus*. Hoc in ipsa Utinensi Ecclesia accidit in casu Beati Bertrandi Patriarchæ Aquilejensis, cujus cultus publicus erat, absque eo quod de ejus Sanctitate, vel asserto Martirio ullus unquam fuerit authoritate Apostolica confectus peculiaris processus.

„ In

(a) Ex Benedicto Papa XIV. lib. II, cap. XVII. de Serv. Dei Beatificat,

„ In Convocatione Magnificæ Civita-
„ tis Utini.

„ Die 10. Aprilis 1491.

„ Propoſuit Nob. &c. Romanus de
„ Attimps, quod his proximis diebus
„ defunctus eſt quidam Fr. Bonaven-
„ tura cognomento a Barba bonæ, &
„ S. vitæ, ut ex ejus operibus cogno-
„ ſci poterat, & poteſt, qui cum ſit
„ in Eccleſia Sanctæ Mariæ Servorum
„ tumulatus, & quibuſdam miraculis
„ coruſcans, a compluribus Chriſti Fi-
„ delibus veneratur, ob quæ emana-
„ runt quædam litteræ excommunica-
„ toriæ Rev. D. Vicarii in ſpirituali-
„ bus de non venerando dictum Cor-
„ pus, propterea pro bono pub. petiit
„ per dictam Convocationem ſuperin-
„ de provideri. Qua propoſitione audi-
„ ta per dictam Convocationem com-
„ miſſum fuit Spectab. Doctoribus Dom.
„ Bernardino Bertollæ, & D. Simoni
„ Felitino, ut intelligere debeant di-
„ ctas litteras excommunicatorias, &
„ earum tenorem, & deinde referre
„ in eadem Convocatione ſeu Con-
„ ſilio.

„ In

„ In dicta Convocatione.

„ Die 12. Aprilis 1491.

„ Spectab. Doctores Domini Simon
„ de Filitinis unus ex Spectab. Domi-
„ nis deputatis, & Bernardinus Bertol-
„ la, quibus ut supra commissum fuit
„ ad videndum edictum Rev. Dom. Vi-
„ carii in spiritualibus factum, & ema-
„ natum sub pœna excommunicationis,
„ quod nemo debeat venerare corpus
„ Dom. Fr. Bonaventuræ Barbetta tam-
„ quam Sanctum. Ref. Retulerunt vi-
„ disse ipsum edictum, & quod eorum
„ judicio ipsum edictum in aliquibus
„ partibus indebite, & contra formam
„ juris gravat Populum Utinensem, &
„ quod bonum esset interponere appel-
„ lationem ad Reverendiss. Dom. Le-
„ gatum, & ad Sanctam Sedem Apo-
„ stolicam, & præfatus Dom. Bernar-
„ dinus Bertolla ibidem legit dictum
„ edictum excommunicatorium, & ap-
„ pellationem formatam contra ipsum
„ edictum, in parte, & in partibus,
„ quibus indebite gravat in communi,
„ & particulari omnes, & præcipue
„ nostram Communitatem, & Popu-
„ lum Utini rationibus & causis in ipsa
„ appellatione notatis, quibus auditis
„ per ipsam Convocationem, nemine

„ discrepante, terminatum fuit, quod
„ ab ipso edicto appelletur, & com-
„ missum fuit eisdem Dominis Simo-
„ ni Felitino, & Bernardino Ber-
„ tollæ Doctoribus ad appellandum,
„ & interponendum, ac præsentandum
„ appellationem, de qua supra, coram
„ Ven. Dom. Nicolao Guliola Vicario
„ substituto, & quatenus ipse Dom. Ni-
„ colaus nolet se impedire, quare edi-
„ ctum ipsum est factum nomine Rev.
„ D. Buzii Vicarii in Patriarchatu,
„ quod tunc ipsi DD. Simon, & Ber-
„ nardinus equitare debeant Aquile-
„ jam, & coram ipso Rev. D. Vica-
„ rio interponere ipsam appellationem
„ nomine nostræ Communitatis.

„ Die Mercurii 13. Aprilis 1491.

„ Coram præfato Domino Nicolao
„ Vicario in vestibulo domus S. Anto-
„ nii suæ Residentiæ de Utino pro Tri-
„ bunali sedente comparuerunt eximii
„ Juris Doctores Dominus Bernardinus
„ Bertolla, & Dom. Simon Filitinus
„ Nuntii Magnificæ Communitatis Uti-
„ ni ad hoc specialem Commissionem
„ habentes, ut de tali commissione fi-
„ dem ibidem fecit Egregius Vir S.
„ Bartolomæus de Latisana dictæ Com-
„ munitatis Cancellarius, & nomine
„ præfatæ Magnificæ Communitatis pro-
„ du-

„ duxerunt appellationem infrascriptam
„ dicentes, narrantes, appellantes, A-
„ postolos petentes, protestantes & con-
„ cludentes in omnibus, & per omnia
„ ut infra. Qui Rev. D. Vicarius le-
„ cta, & audita instantia præfatæ
„ Communitatis Magnificæ, habita fide
„ de Commissione eis facta; Respon-
„ dit tunc ea, quæ decuit, reveren-
„ tia, mirari, quod præfata Magnifica
„ Communitas, quæ etiam doctissimo-
„ rum Virorum consilio regitur, &
„ probatissimorum Civium authoritate
„ gubernatur, quamvis exactissimam
„ semper cultricem hujus Sanctæ Sedis
„ Aquilejensis cognoscit, pungentem
„ coram eo libellum, bona ejusdem
„ venia, sit dictum, & in multis a
„ juris tramite deviantem porrexerit,
„ cum sit moris Præsidentium eidem
„ Sedi, fueritque semper non modo
„ huic Magnificæ Communitati, quam
„ præ cæteris & colit, & suspicit, ve-
„ rum nec vilissimo cuiquam inju-
„ riam inferre. Decentius itaque po-
„ tuerat eadem Magnifica Communitas,
„ si quid per eundem Rev. Dom. Vi-
„ carium sive contra, sive præter Sa-
„ crarum Legum instituta, & jussiones
„ edictum fuerat, id totum ad Tri-
„ bunal Patriarchale deferre, non mor-
„ dentia in Præsidentem spicula para-
„ re, stante præsertim ejusdem Rev.

„ Dom. Vicarii oblatione, omnibus,
„ quibus cum de hac re sermonem
„ habuit, facta, præcipue tamen Ve-
„ nerandis illis Fratribus S. Gervasii,
„ & probatissimis, ornatissimisque Ci-
„ vibus Utinensibus, per quam inge-
„ nue professus est, se nihil contra
„ Sacrarum Legum instituta velle at-
„ tentare, & si quid hactenus per hu-
„ manam fragilitatem (quod non cre-
„ dit,) proposuit, & attentavit, id to-
„ tum velle (ita jure dictante) revo-
„ vocare. Neque enim pudet, eum
„ tamquam hominem fragilem, & cui
„ omnia nota esse non possunt, & ca-
„ stigari a Doctoribus, & corrigi a Sa-
„ pientioribus, honorisque Ecclesiastici
„ minime erudimenta contemnere,
„ Quia & Augustinus senex jam &
„ Episcopus multorum annorum a pue-
„ ro etiam anniculo asserit se paratum
„ edoceri juxta Textum in Tit. *Si ha-
„ bes* XXIIII. 9. III. Nequaquam igitur
„ necessaria fuerat appellatio a Judice
„ ad Justitiam promptissimo. Qua ta-
„ men etiam admissa, salva reveren-
„ tia tantorum Patrum, excommuni-
„ cationem jam latam non suspendis-
„ set. Hæc dicta sint pro integerrimi
„ Tribunalis Aquilejensis honesta ex-
„ cusatione. Ad quorum omnium ve-
„ rificationem, & ad tollendum omni-
„ bus murmurandi occasionem, Idem
Dom,

„ Dom. Vicarius offert se paratissimum
„ stare dispositioni juris, & in nihilo
„ velle a juris tramite deviare, & qua-
„ tenus deviaverit, quod non credit,
„ offert se id totum, ita jure dictan-
„ te, & non aliter revocaturum, irri-
„ taturumque, quod ut clarius, & evi-
„ dentius fiat, ex nunc interpellat ipsos
„ Dominos Nuntios statuant diem cer-
„ tam, quam velint, quia idem Dom.
„ Vicarius paratus est, convocare Ju-
„ ris peritos hujus amplissimæ Civita-
„ tis, tam humanarum, quam divina-
„ rum institutionum, coram quibus
„ discusso præsenti articulo, & omnium
„ sententiis plene intellectis, rei ve-
„ ritas dilucidabitur, & quod justum
„ fuerit, approbabitur, scriptum est
„ enim, Integrum est juditium, quod
„ plurimorum sententiis confirmatur.
„ Rogat tamen idem Rev. Dom. Vi-
„ carius, & ex nunc interpellat, sub
„ obtestatione divini Juditii, ut sicut
„ præfata Magnif. Communitas provi-
„ dere intendit, ne per præfatum ju-
„ dicium ejusdem D. Vicarii, in quem
„ nullam habet jurisdictionem, animæ
„ rudium Popularium suorum illaqueen-
„ tur, eodem modo dignetur pro Ju-
„ stitia providere, ne Fratres prædicti
„ licet & ipsi exempti, & non subdi-
„ ti, Plebem Utinensem variis figmen-
„ tis aut falsis documentis decipiant &

„ reducant. Et breviter respondendo
„ in forma idem Dom. Vicarius præ-
„ fatam assertam appellationem non
„ admisit, quia si in aliquo gravavit
„ contra juris formam, paratus est, ut
„ super exposuit, retractare, non tamen
„ intendit idem Dom. Vicarius per
„ hoc recedere a dicto mandato, nisi
„ quatenus habita super hujuscemodi
„ re diligenti tractatu, de quo supra
„ abunde dictum fuit, sibi videbitur
„ de jure. Præsentibus Domino Fran-
„ cisco de Strassoldo, & Alexandro de
„ Filitinis testibus.

„ Tenor autem Appellationis sequitur,
„ & est talis.

„ Coram vobis Rev. Dom. Bucio de
„ Palmulis decretorum Doctore Cla-
„ rissimo Vicario, Sede vacante, in Pa-
„ tiarchatu Aquilejensi dignissimo, sive
„ coram Præstantissimo ejus Substituto,
„ comparet Magnifica Communitas Uti-
„ ni, sive ejus legitimi Intercessores
„ causa, & occasione cujusdam Edicti
„ & Mandati jussu Vestri in Valvis Ec-
„ clesiæ Majoris Utini affixi his supe-
„ rioribus diebus, & in dicta Ecclesia
„ die Dominico super elapso publica-
„ ti. In quo inter cætera prohibentur
„ Christi Fideles hujus Diœcesis Aqui-
„ lejensis sub pœna Interdicti in Uni-

„ ver-

„ versis, & Excommunicationis in singulis, ne accedant ad Tumulum bonæ memoriæ quondam Fratris Bonaventuræ Ordinis Servorum in Ecclesia Sanctorum Gervasii, & Protasii tumulati hac hebdomada magna nuper defuncti. Prohibetur que in eo ne ad tumulum ejus genua flectant, candelas accendant, vel alia vota offerant, quousque a Sede Apostolica dictus quondam Frater Bonaventura non fuerit Canonizatus, vel aliud superindictum decretum. Insuper in eo præcipitur Notariis, ut si quam notam de ejus quondam Fratris Bonaventuræ miraculis fecerunt, eam vobis præsentare, & tradere teneantur, sub eadem pæna. Ulterius injungitur in eo, ut sub eadem excommunicationis pæna, ut teneantur omnes & singuli petias, seu frustra Cappæ, vel Camicæ, vel partem pillorum Barbæ ejusdem quondam Fratris Bonaventuræ, si quam acceperunt, integre consignare, & tradere sive vobis, sive Reverendiss. Domino Decano Utinensi sine aliqua reservatione. Immo si qui sciunt dictas res, vel partem earum esse penes aliquem, teneantur illum revelare subdicta pæna, vel prout in Mandato, & Edicto ad quod habeatur relatio; Impugnative tamen in parte, & in

 „ par-

„ partibus dictam Communitatem, &
„ ejus populum offendentibus: in par-
„ te vero & partibus ejus favorem con-
„ cernentibus amplexive; Et dicit di-
„ cta Communitas, sive ejus Intercef-
„ sores Q. V. R. P. gravat diversimode
„ populum suum in eo Edicto ultra,
„ & præter, immo etiam contra id,
„ quod de jure fieri potuit; satis enim
„ fuisset prohibere, nequis auderet di-
„ ctum Fratrem Bonaventuram pro San-
„ cto publice venerari, vel ei tamquam
„ Sancto publicas, & solemnes preces
„ porrigere, sicut sacra Jura canonica
„ disponunt, & non tam anguste pro-
„ hibere, & tollere devotionem popu-
„ li ad dictum virum religiosissimum,
„ & Christianissimum, qui tandiu ul-
„ tra forte annos XX. continuos tam
„ acerbam vitam, & austeram gessit,
„ ad laudem Christi, sicut notorium
„ est, quod vires humanas dicta stri-
„ ctura vitæ excessisse videbatur. Tan-
„ diu præterea, & tam studiose, &
„ tam assidue versatus est in prædica-
„ tione Verbi Dei instituendo hunc,
„ & alios populos ad bene beateque
„ vivendum verbo pariter & exemplo,
„ ut de eo non sit, nisi optime judi-
„ candum, & credendum. De quo enim
„ hominum unquam sperare, (ut sal-
„ vus fiat) debemus? si de hoc certi-
„ tudinaliter tenere nolumus, ut salvus
„ sit.

„ sit: de quo profecto homine multa
„ & in vita, & in morte prædican-
„ tur, & a fide dignis attestantur Dei
„ Gratia fuisse facta miracula. Non
„ itaque debuisset V. R. P. sic simpli-
„ citer prohibere Christi fidelibus ac-
„ cessum ad ejus Tumulum, nec ge-
„ nuflexionem, nec accensionem can-
„ delarum ibi ut religioso, & viro
„ Christianissimo laudatæ vitæ, de quo
„ spes optima salutis est, cum ista et-
„ iam nostris mortuis sæcularibus fie-
„ ri, & minime prohiberi consueve-
„ runt, licet tamquam Sancto hæc fie-
„ ri potuissetis prohibere: sic tamen
„ simpliciter prohibere minime debuis-
„ ses. Potuistis tamen in dicto vestro
„ Edicto ipsi populo, vel profecto lon-
„ ge laudabilius, & majori gratia salu-
„ britate animarum mediis prædicatio-
„ nibus; Quibus Christianum magis
„ majori charitate, ut debuisset, opti-
„ mum & integerrimum Pastorem de-
„ clarare, instruere Populum quæ li-
„ cerent, & quæ devia essent a præ-
„ ceptis Ecclesiasticis intimare. Quod
„ secreto & in occulto cuilibet licebat
„ porrigere ad ipsum Fr. Bonaventu-
„ ram preces, si eum charum, & gra-
„ tum Deo credidisset, & non [sic] pau-
„ perculas animas de eo multum cre-
„ dentes in Domino, & in ancipiti sta-
„ tu derelinquere, scilicet inter timo-

„ rem excommunicationis, & interdi-
„ cti, & inter devotionem hujus in-
„ tegerrimi viri, & multum Deo acce-
„ pti juxta totius hujus populi indubi-
„ tatam credulitatem & opinionem non
„ immeritam. Profecto optimo jure,
„ excommunicatio, nulla præcedente
„ citatione, nullo admisso peccato mor-
„ tali, nulla inobedientia non potuit
„ pronunciari: debent potius esse reme-
„ dia talia Ecclesiastica ad Fidelium
„ salutem, quam ad perditionem, omnia
„ namque processerunt a mentibus de-
„ votis deferentibus, & observantibus
„ memoriam illius Fratris, quem ar-
„ bitrantur non abs re fuisse religio-
„ sum, multæ gratiæ apud Dominum
„ pro ejus Fide, & ædificatione Popu-
„ li Christiani tot annuis vigiliis,
„ mediis, laboribus insudavit, multos
„ labores passus est: Deus enim Cle-
„ mentissimus respicit corda intenden-
„ tia honorare benemeritos, ut ratio-
„ nabiliter existimant de Deo, & Fi-
„ de Christiana, & quando non ita
„ subtiliter intelligerent, sicut legitur
„ de illo, qui Crucem verberabat ex
„ eo quod Salvatorem sustinuerat in
„ morte, & tamen Deus permisit, ut
„ pedibus siccis per mare curreret absque
„ submersione, ut comprobaret, quan-
„ tum illi placeat puritas, & simplici-
„ tas bonarum mentium. Vota præte-
„ rea

„ rea in occulto cordis ei tamquam
„ bono Viro, & Dei amico facta post
„ gratiam consequutam a Domino ejus
„ precibus in Fide credentium, cur ad
„ ejus tumulum offerri non debent,
„ cum miracula præcedere debeant ne-
„ cessario Canonizationem Sanctorum,
„ quæ fieri non posset sine fide creden-
„ tium. Quod si credere prohibemur
„ in eum, & in alios, quos bonos, &
„ Domino acceptos credimus, numquam
„ de novo nova fient miracula, vel si
„ fient, numquam manifestabuntur,
„ numquam acceptorum beneficiorum
„ grati erimus, si acceptas gratias pa-
„ lam attestari non poterimus. Insu-
„ per, quod Notarii notam ipsam, si
„ intelligit V. P. R. de Originali eo-
„ rum, hoc non est justum, quia quod
„ factum est ante prohibitionem non
„ mæretur pœnam, nec peccaverunt
„ talia scribendo, ex quo eis aliquid
„ prohibitum non fuerat. Potuerant
„ utique Notarii scribere verba rogan-
„ tium eos: quantam autem fidem
„ mereantur talia scripta, clarius est
„ de jure. Si tamen R. V. P. volet
„ exemplum hoc negare, non intendit
„ ipsa Communitas Utini: petias præ-
„ terea & frusta panni, & pillos bar-
„ bæ, si qui sunt apud aliquos, cur
„ eos, vel ea tenere non possunt, in
„ memoriam Viri boni, amici Dei,

 „ &

„ & gratissimi toti huic populo in
„ ejus memoriam, ut per eorum re-
„ tentionem increbrescat memoria opti-
„ mæ vitæ tanti viri ad exemplum
„ aliorum, & discant, si non tam au-
„ stere, saltem bene vivere, & in me-
„ lius eorum vitam reformare, cum
„ talia non sint prohibita a jure, &
„ concessa credantur, & multo magis
„ cum Doctores Ecclesiæ, & Theologi
„ id permissum plane affimant. Mul-
„ to itaque minus videntur teneri ali-
„ qui ad accusandos alios, quos scrive-
„ rint habere de his rebus, cum nemo
„ invitus accusare cogatur &c. Oh cer-
„ te quam gravis fuit censura hujus-
„ modi, & plurimum devia a discipli-
„ na legali & Canonica, cum finis ju-
„ ris civilis sit ponere pacem inter ho-
„ mines, Canonici vero ponere inter
„ Deum & Homines, quorum neutrum
„ facit talis provisio sine causa legiti-
„ ma.. Non sane sit providere saluti
„ animarum, non tanta facilitate pro-
„ rumpendum contra Populum devo-
„ tum, bene dispositum, ad excom-
„ municationes & Interdicta, quæ non
„ ab omnibus, & incautæ cognitionis
„ concedi valent. Debuit V. R. P. ad-
„ ducere, quod perferens injustam, &
„ minus Canonicam Excommunicatio-
„ nem gravissimas pœnas incurrit. Præ-
„ terea non ne vidimus Sanctam Se-
„ dem.

„ dem solitam esse talia admittere de
„ Personis exemplaris vitæ, quæ in Ec-
„ clesiis sepeliantur, & ut Beati, suc-
„ cedentibus miraculis, publice vene-
„ rantur, Beatus Lucas socius S. An-
„ tonii de Padua, Beatus Antonius
„ Peregrinus, Beatus Compagnus, Bea-
„ tus Jordanus, Beata Elena, sunt
„ & in ista civitate corpora non San-
„ ctorum, sed pure etiam Laicorum,
„ ad quas habetur devotio pro lauda-
„ bili vita: fiunt etiam oblationes:
„ similia facta fuerunt Beato Bernardi-
„ no ante Canonizationem, Beato Si-
„ moni, de quo non minus est dubi-
„ tationis propter infantiam; sed quod
„ magis est Divis Fratribus inciduntur
„ Cappæ, & tamen numquam comper-
„ tum est fieri per bonos Pastores de-
„ siderantes salutem Animarum ejus-
„ modi excommunicationes, & Inter-
„ dicta. Quapropter dicta Communi-
„ tas cum ea, quæ decet, reverentia tan-
„ tæ Sedis, quam Vos tenetis, sentiens
„ se, & ejus Populum ex prædictis, &
„ in prædictis, & ita, & rationibus
„ prædictis, & aliis suis loco & tem-
„ pore dicendis, & allegandis diversi-
„ mode gravari, & laqueum eis injici,
„ & parari, omni humili prece, & in-
„ stantia rogat talem comminationem
„ excommunicationis, & Interdicti,
„ quæ mala informatione, & minus
„ co-

„ cognita veritate, & integritate men-
„ tis fidelium perſonarum, hujus po-
„ populi devotiſſimi proceſſit, agno-
„ ſcendo veritatem, & Juſtitiam ultro-
„ nea etiam voluntate revocet, irri-
„ tet, & annullet ſaltem in prædictis,
„ & circa prædicta. Sunt enim & alia,
„ quæ ſolita ſunt, fieri in aliis mira-
„ culis tam per Beatum Bernardinum,
„ & alios ſcripta per Notarios diver-
„ ſarum Urbium ad inſtantiam Reli-
„ gioſorum, quæ fuerunt admiſſa, nul-
„ la reprehenſione etiam & cenſura
„ non acceptis originalibus maxime.
„ Aut reſſolvat ſaltem dictum moni-
„ torium in unum ſimplicis citationis,
„ cum jure optimo non ſit incipien-
„ dum a præceptis & monitoriis hu-
„ juſmodi contra populum, non audi-
„ tis juribus ſuis, alias proteſtantur
„ de nullitate omnium. Quod ſi face-
„ re recuſaverit V. R. P. (quod non
„ expectat Urbs hæc veſtra devotiſſi-
„ ma) ex nunc prout ex tunc, omni
„ meliori modo, jure, forma, & cau-
„ ſa quibus melius, & validius poteſt,
„ ac debet de jure in his ſcriptis, a
„ dicto veſtro mandato, & dicto, ac re-
„ cuſatione correctionis, ſive & revo-
„ cationis, & irritationis, aliiſque o-
„ mnibus in prædicto Edicto conten-
„ tis, & ex actis quomodolibet colli-
„ gibilibus tam conjunctim, quam di-
„ viſim.

„ visim ex nunc ex parte, & partibus
„ maxime prædictis contra dictam Com-
„ munitatem, & ejus Populum facien-
„ tibus provocat, & appellat ad Re-
„ verendiss. Dom. Legatum Apostoli-
„ cum Venetiis commorantem in quan-
„ tum hujus appellationis sit Index
„ competens, nec non ad Sanctam Se-
„ dem Apostolicam committendo se,
„ & ejus jura protectioni dicti Reve-
„ rendissimi Domini Legati, & Sanctæ
„ Sedis Apostolicæ petendo Apostolos,
„ semel, bis, & tertio, instanter, in-
„ stantius, & instantissime: petendo-
„ que hanc suam appellationem sibi
„ admitti, & ea pendente, nihil in-
„ novari &c. protestando sibi fore sal-
„ vum jus unam, & alias plures ap-
„ pellationes, si sibi opus fuerit, pro-
„ ducendi, & salvo jure, sive & arbi-
„ trio addendi, & corrigendi, & mi-
„ nuendi &c.

„ In Magnifico Majori Consilio Civi-
„ tatis Utini.

„ Die 13. Junii 1491.

„ Comparuerunt Ven. & Rel. Dom.
„ Provincialis Ordinis Sanctæ Mariæ
„ Servorum, Prior Conventus Sanctæ
„ Mariæ in Ecclesia S. Gervasii de Uti-
„ no, & Fratres dicti Ordinis, & sup-

„ pli-

„ plicaverunt ipsi Consilio, quod pro
„ causa, & sententia lata per Reve-
„ rendissimum Dominum Episcopum
„ Justinopolitanum delegatum Sanctæ Se-
„ dis Apostolicæ occasione corporis D.
„ Fr. Boaventuræ de Forolivio nomi-
„ nati lo Barbetta, a qua sententia
„ pro parte Religionis appellaverint
„ ad Sedem Apostolicam &c. dignetur
„ scibere litteras Serenissimo D. D. no-
„ stro Venetiarum, ac etiam Sanctis-
„ simo Domino nostro Papæ commen-
„ dativas, & testificantes de bona vi-
„ ta, & doctrina dicti quondam D. Fr.
„ Bonaventuræ &c. Deliberatum fuit,
„ quod scribatur Serenissimo D. no-
„ stro Venetiarum, & Reverendiss.
„ Dom. Cardinali Protectori ipsius Or-
„ dinis S. Mariæ in forma, prout Ma-
„ gnificus Dominus Locumtenens, &
„ spectab. Dom. Deputati Terræ scri-
„ bendum ordinaverunt.

„ Insuper quare Spect. Dom. Anto-
„ nius Savorgnanus retulit in dicto Con-
„ silio, quod Ven. Dom. Decanus Uti-
„ nensis scripsit sibi, quod vellet allo-
„ qui tres vel quatuor Cives nomine
„ Magnificæ Communitatis super ma-
„ teria, & causa dicti quondam D. Fr.
„ Bonaventuræ Barbettæ: Commissum
„ fuit per dictum Consilium Spectabi-
„ libus Doctoribus D. D. Francisco de
„ de Maninis, & Filitino, quod va-
„ dant

„ dant ad ipsum Dom. Decanum, &
„ intelligant, quid vult dicere, & de-
„ inde referant ipsi Magnifico Domi-
„ mino Locumtenenti, & Consilio.

„ Exemplum desumptum ex authen-
„ tico valde exeso existente in Archi-
„ vo Monasterii Utinensis Sanctæ Ma-
„ riæ Gratiarum.

„ In Christi nomine Amen. Anno
„ Nativitatis Dominicæ Millesimo Qua-
„ dringentesimo Nonagesimo Primo....
„ Junii Actum Utini in domibus Rev.
„ Patris Dom. Sylvestri de Sanctis Ca-
„ no .... nobilibus Viris s. Johan-
„ ne de Monticulis, & s. Angelo de
„ Raynarottis Civibus ...... vocatis
„ & rogatis; ibique coram prælibato
„ D. Sylvestro ...... propter absen-
„ tiam Reverendissimi Episcopi Justi-
„ nopolitani Commissarii Apostolici;
„ comparauit Fr. Lucas de Venetiis
„ Prior Conventus Ecclesiæ SS. Gerva-
„ sii & Prothasii, sive Sanctæ Mariæ
„ Gratiarum de Utino Ordinis Servo-
„ rum eju .... & sibi Apostolos dari,
„ qui D. ...... cum instrumentum
„ lect. .... dixit, & respondit, eidem
„ non deferre, & super ea decernere
„ Apostolos refutatorios, loco quorum
„ mandavit sibi dari instrumentum ap-
„ probationis, & recensionis suæ: te-

„ nor

„ nor autem approbationis sequitur,
„ & est talis, videlicet.

„ Coram vobis Rev. Viro Dom. Syl-
„ vestro de Sanctis Canonico Utinensi
„ tamquam honesta persona comparet
„ D. Fr. Lucas Ordinis Servorum ad
„ præsens Prior Ecclesiæ SS. Gervasii
„ & Prothasii, sive Sanctæ Mariæ
„ Gratiarum Utini, & dicit tamquam
„ Prior dicti loci, quod sub die unde-
„ cimo instantis mensis Junii 1491.
„ fuit promulgata quædam asserta sen-
„ tentia per Reverendiss. in Christo
„ Patrem D. Jacobum Valaressium Epi-
„ scopum Justinopolitanum tamquam
„ specialiter, ut asseritur, deputatum,
„ & Commissarium ad hoc a Sanctissimo
„ Domino nostro Papa Innocentio VIII.
„ contra dictos Fratres circa veneratio-
„ nem cadaveris & tumuli quondam
„ F. Bonaventuræ de Forolivio Barbet-
„ tæ nuncupati ad quam habeatur re-
„ latio: impugnative tamen in parte,
„ & partibus contra dictos Fratres &
„ Monasterium faciente, & facientibus,
„ in parte veroet partibus pro dictis
„ Fratribus & Monasterio faciente, &
„ facientibus amplexive, a qua decla-
„ ratione tunc nomine dicti Conven-
„ tus viva voce extitit appellatum ad
„ Sanctam Sedem Apostolicam cum re-
„ servatione appellandi in scriptis in
„ quantum opus fuerit &c. Quo tamen
„ tem-

" tempore non apparet petitos fuisse
" Apostolos &c. Item dicit dictus Prior,
" quod præfatus Reverendiss. Dom. Epi-
" scopus recessit ab hac Civitate quin-
" tadecima instantis mensis in mane,
" & eadem quintadecima instantis post
" horam Vesperarum, immo hora Com-
" pletorii (quo tempore procul dubio
" dictus Dominus Episcopus erat extra
" Diœcesim Aquilejensem) affixum
" fuit edictum in Valvis dictæ Eccle-
" siæ SS. Gervasii & Prothasii sub da-
" ta XIIII. instantis mensis . . . . in
" personam præfati Reverendiss. Dom.
" Episcopi, in quo multifariam mul-
" tisque modis gravantur indebite Fra-
" tres dicti loci, in quo inter reliqua
" astringuntur ad demoliendum tumu-
" lum quondam Fr. Bonaventuræ præ-
" fati jacentem in terra, sed aliquan-
" tum eminentem ab ea, adhærentem
" tamen muro, & parieti dictæ Eccle-
" siæ ita constructum solum ex justis,
" & rationabilibus causis, suis loco &
" tempore declarandis si opus fuerit,
" per quam sententiam dicti . . . un-
" decimi instan . . . . . & præfactum
" edictum subsequens, & aliter diver-
" simode per præfatum Commissarium
" assertum, reputant se præfati Conven-
" tus & Fratres Ordinis Servorum enor-
" miter, injuste, & saltem de facto
" lædi, & gravari rationibus, & cau-
" sis,

„ sis, suis loco & tempore dicendis,
„ & allegandis, & ideo accumulando
„ appellationem appellationi a præfa-
„ tis sententiæ gravaminibus, & edi-
„ ctorum oneribus sequutis deponenti-
„ bus, & connexis in partibus contra
„ eos fratres facientibus ex nunc prout
„ ex tunc, & è contra, in his scriptis
„ provocant, & appellant ad Sanctam
„ Sedem Apostolicam cujus protectioni
„ se, & eorum jura submittunt, pe-
„ tendo Apostolos instanter, instantius,
„ & instantissime, producendoque hanc
„ eorum appellationem coram vobis
„ honesta persona propter absentiam
„ ab hac Diœcesi & loco suæ scilicet
„ residentiæ, & audientiæ in hac Ci-
„ vitate ipsius Reverendiss. Domini
„ Commissarii afferti. Protestanturque
„ quod amotio Imaginum, Cereorum,
„ & scripturarum privatarum per diver-
„ sas & plurimas personas oblatarum
„ seu oblatorum, seu scripturarum ob
„ gratias consequtas ab Omnipotenti
„ Deo per offerentes factas ex sepulcro
„ dicti quondam Fr. Bonaventuræ per
„ dictos Fratres non cedat ad aliquod
„ præjudicium jurium suorum, quia
„ amoverunt ea non ut suæ appella-
„ tioni vellint renuntiare, sedut cre-
„ scant per meritum parendo senten-
„ tiis Reverendiss. Dom. Commissarii
„ afferti: volentes magis timere disci-
„ pli-

„ plinam Ecclesiasticam, quam non
„ parendo videantur eam velle con-
„ temnere. Itidem protestando di qui-
„ buscumque actibus, qui per eos Fra-
„ tres fierent, fient, vel facti essent,
„ per quos viderentur aliquo modo
„ exequi eis injuncta per Reverendiss.
„ Dom. Commissarium præfatum per
„ sententiam, & edictum, & præser-
„ tim hoc protestantur de disruptione
„ tumuli dicti quondam Fr. Bonaven-
„ turæ, seu de adæquatione ejusdem
„ tumuli ad terram, quoniam obbedien-
„ tiæ (ut præmittitur) & reverentiæ di-
„ sciplinæ Ecclesiasticæ magis gratia,
„ quam causa eorum appellationi renun-
„ tiandi fecerunt, & facient omnia
„ prædicta, & omnia singula conjun-
„ ctim, & divisim copulative, & al-
„ ternative singula singulis congrue re-
„ ferendo, ac omnibus meliori modo,
„ via, jure & forma, quibus possunt,
„ dicunt, proponunt, allegant, & ap-
„ pellant, ut supra protestando de o-
„ mnibus damnis, expensis & interes-
„ se de censuris Ecclesiasticis tam vi-
„ gore juris communis, quam privile-
„ giorum dicti Ordinis Servorum con-
„ tra contradictores, & contra quos de
„ jure possunt. L. S. Ego Bertran-
„ dus Rundulus quondam probi Viri
„ Christophori Runduli de Utino Cle-
„ ricus Aquilejesis Diœcesis publicus
„ Im-

„ Imperiali auctoritate Notarius, &
„ Judex Ordinarius suprascriptus appel-
„ pellationi, productioni, Apostolorum
„ petitioni, & assignationi una cum
„ prænominatis testibus interfui, ea-
„ que omnia scripsi, & in hanc publi-
„ cam formam signo cum nomine ap-
„ positis consuetis in fidem, & testi-
„ monium eorumdem rogatus, & re-
„ quisitus.

Quum igitur sub Apostolico Judice lis (supra quam nullum exiit judicium) adhuc esset, & Vir Dei cultu tantum privato a Fidelibus honoraretur, ad Civitatem Utinensem Prætor (Locumtenens a Venetis vocatur) missus fuit anno MDVII. Andreas Lauredanus Clarissimi nominis miles, qui mortali infirmitate gravatus, audita fama Bonaventuræ, quæ ob crebra miracula in dies augebatur, ad ipsius intercessionem ex corde perfugit, moxque invocato Beati viri nomine ad pristinam salutem se prodigiose restitutum agnovit. Insigni itaque beneficio, ut responderet Andreas, completo Prætoriæ suæ dignitatis statuto cursu, in Patriam redux secum Beati sui Liberatoris corpus detulit, quod supra mensam Altaris, ubi sacrosanctum Missæ sacrificium in Sacrario celebratur, honorifice collocatum fuit in lignea capsa, cui inscripta erant hæc verba: Osse del Beato Bonaven-

tura.

tura. Translationis hujusmodi memoriam scriptis mandarunt multi vel synchroni, vel suppares authores, ex quibus aliquos exhibemus, verba ipsorum ex operibus deprompta exhibentes.

Philippus Albericus de Mantua, (de quo mox sermo renovabitur) in Catalogo Vicariorum Generalium Congregationis Observantium hæc affert: *Obiit* (Bonaventura) Utini, & ibi in Ecclesia *Sanctæ Mariæ Gratiarum miraculis aliquando floruit; sed Andreas Lauredanus, cum in ea Urbe pro Venetis Prætor existeret, & adversa valetudine correptus in extremis ageret, meruit Beati Boneventuræ intercessione convalescere, qua gratia suscepta, ejus corpus integrum Venetias transtulit, quod summo honore in Ecclesia Servorum miraculis fulgens collocavit.*

Concordat Georgius Vivianus ita scribens: *Ibi* (Utini) *sacrum cadaver jacuit, quousque Andreas Lauredanus Senatu Venetus, & Forojulii Præfectus* (Præses enim qui pro Veneta Republica Forojulii Provinciam administrat, utramque dignitatem Prætoris scilicet & Præfecti gerit,) *a præsentis mortis periculo liberatus illud Venetias vexit, ut augeret Deo Gloriam, & Liberatori cultum.*

Ita pariter Joseph Capodaglius in Utino illustrata par. 1. pag. 29. *Nel Monastero poi de Padri mancò di vita il Beato Bonaventura da Forlì dell' Ordine de Servi*

Servi nel Giovedì Santo del MCCCCXCI. avendo egli quivi predicato la parola divina tutto quel corso di Quaresima, onde il suo corpo fu da questo Pubblico solennemante fatto seppellire nell' istessa Chiesa, d'onde poscia fu levato, e trasferito a Venezia ove al presente si riposa.

Lucretius Trejus pari modo in opere quod inscripsit : Sacra Monumenta Provinciæ Forojulii pag. 118. scriptum reliquit : *Bonaventura Forolivienfis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis excalceatus vitæ sanctimonia, & prædicationibus admirabilis sacro Quadragesimali eloquio Utini anno Domini MCCCCXCI. in Basilica majori zelantissime perfunctus Feria V. in Cœna Domini gravi oppressus infirmitate spiritum Deo reddidit, sacræ ejusdem Religionis inter Beatos adscriptus.... Corpus mansit in Ecclesia Gratiarum donec Venetias delatum fuit, ubi in Ecclesia Servorum Beatæ Mariæ Virginis servatur, & honorifice colitur.*

Ex his profecto Scriptoribus (de quorum ætate mox inquirendum erit) quibus certa redditur Veneta translatio, statuendum quoque venit publici cultus exordium; Andreas enim Lauredanus, expleta Forojuliensi administratione, rediit anno MDIX. in patriam, ibique *in Ecclesia Sanctæ Mariæ Servorum corpus* Beati Bonaventuræ *miraculis fulgens collocavit, ut augeret Deo Gloriam, & Libera-*

tori

tori cultum; in qua quidem Ecclesia *servatur, & honorifice colitur.*

Utrum hæc collocatio, scilicet supra mensam, & cultus honorificus Beati Viri exuviis, & memoriæ delatus sufficiant ad statuendum casum exceptum a decretis Sacræ Inquisitionis, quæ postea Urbanus Papa VIII. die V. Julii anno MDCXXXIV. Apostolico diplomate confirmavit, attentius est perscrutandum.

Omnibus, qui Ecclesiasticis rebus studium aliquod adhibuerunt, notum, perspectumque est, Urbanum Papam VIII. de cultu Servorum Dei neque Beatificatorum, neque Canonizationis honore a Sancta Sede decoratorum egisse in Congregatione Sanctæ Inquisitionis, neque diebus XIII. Martii & II. Octobris serio discussa, prohibuisse *: ne quorumvis hominis cum Sanctitatis, seu Martyrii fama defunctorum Imagines, & quodcumque aliud venerationem, & cultum præseferens in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis apponerentur, & si quæ apposita essent, amoverentur.* Decretum hoc generalis prohibitionis idem Pontifex Urbanus *specifica forma* confirmavit in Brevi, quod signavit die V. Julii anni MDCXXIV., & typis impressum visitur in Libello Decretorum Generalium. Prohibitionem hujusmodi, quæ universos Dei Servos neque Beatificatos, neque Canonizatos a Sede Apostolica respi-

cere videbatur, temperavit ipse Pontifex declarans, *quod per supradicta* decreta *præjudicari* nolebat, neque intendebat *iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilis temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarii coluntur*. Attendentes igitur Pontificii decreti verba nos quinque numeramus casus, qui in ipso Decreto casus excepti appellantur, quorum postremus is est, qui per immemorabile vel longissimum tempus statuitur. Huic casuum generi innititur Beati Bonaventuræ, de quo agimus, causa; siquidem ejus cultus incæptus anno MDIX. (neque enim eos computamus X. & VIII. annos, in quibus quoddam cultus haud plene publici genus in Civitate Utinensi obtinuit) continuavit per C. & XXV. annos non interrupte, & ab Ordinariis toleratum usque ad decreta Urbani Papæ VIII. anno MDCXXXIV. lata, & post ipsa decreta pariter non interruptum, & toleratum permansit usque ad hodiernam diem. Immemorabilis itaque est, & longissimi temporis excedens cursum cultus Beato Bonaventuræ delatus, si solos annos consideremus, qui a translatione ejus Corporis Venetias facta usque ad Urbani VIII. decreta intercesserunt; cum enim idem Pontifex

sex declaraverit, *longissimum tempus, illiusque immemorabilem cursum, de quo in Decreto* agitur, *intelligi, & esse tempus centum annorum metam excedens*, profecto viginti & quinque anni supersunt, ultra requisitos a Pontificiis laudati Urbani decretis.

Neque unica tantum specie cultus decoratum novimus Beatum nostrum Bonaventuram: siquidem ejus immemorabilis veneratio pendet a collocatione seu elevatione corporis, ab imaginibus cum titulo Beati, atque ab ipso titulo Beati, quo concorditer eum insigniunt Scriptores tam coævi, quam suppares, tam ejusdem Servorum Ordinis alumni, quam exteri, qui de eo scripserunt. Singulæ autem hæ cultus species sunt mature ad sinceram trutinam revocandæ.

Prima itaque cultus species statuitur in collocatione seu elevatione corporis ipsius, quod Venetias translatum non sub humo, nec in loco elevato parietis, sed inter alias Sanctorum Reliquias supra mensam Altaris, ubi Missæ celebrantur, & lampades cereique accenduntur, ipsiusque nomen inscriptum fuit in exteriori parte mensæ, ut omnibus significaretur, ibi condita esse Beati Bonaventuræ Forolivienfis ossa. Quod si elevatio Corporis alicujus Servi Dei ad locum elevatum supra terram in

Ecclesia non semel considerata fuit tamquam verum argumentum cultus ipsi Dei servo delati; multo magis in casu nostro certa & inconcussa erit cultus publici delatio ex corpore honorifice collocato supra mensam Altaris, quo in loco solum corpora Sanctorum aut Beatorum recondi solent. Ut autem ex multis, quæ exhiberi possent, exemplis unum afferamus, recenter veluti certum publici cultus argumentum in causa Beati Fortis Gabrielis Monachi ex Ordine Sancti Benedicti, expositum fuit, quod ipsius corpus *translatum*, atque *elevatum* fuerit *a terra usque ad altitudinem quinque pedum sive medietatem staturæ hominis in arca lignea, muro imposita, auro, pictura, & lapidibus ornata existente in ipsis extremitatibus Cathedralis Eugubinæ a cornu Evangelii*. Quod si locum consideremus, ubi elevatum est corpus Beati Fortis, melior est conditio Beati Bonaventuræ, cujus sacra lipsana, non *in arca lignea muro Cathedralis imposita*, sed supra consecrati Altaris mensam collocata fuerunt. Hujusmodi autem sacrorum corporum a terra elevatio publici cultus speciem clarissime importat, siquidem juxta antiquum Ecclesiasticæ disciplinæ morem Canonizationes Sanctorum non alio modo fiebant ab Episcopis, quam per translationem corporis a tumulo ad locum di-

digniorem, ad alium scilicet tumulum supra terram extructum. Animadvertendum autem hoc loco est, quod non semper collocatio corporis in loco Ecclesiæ supra terram eminenti veram cultus speciem probat, siquidem, ut egregie notat Benedictus Papa XIV. in suo de Servorum Dei Beatificatione eximio opere Tom. 11. corpora Summorum Pontificum in elevato suprà terram sepulcro deponuntur, nec tamen id ad Ecclesiasticum cultum refertur; quia respectu sublimissimæ dignitatis, non autem sanctimoniæ id agitur; sed quando de translatione aut collocatione corporis alicujus Servi Dei intra vel supra mensam Altaris, ubi sacrosanctum Missæ sacrificium offertur, sermo est, id semper & certissime veram publici cultus speciem importat.

Duo autem hic obiici possent, primum quidem, quod cultus incæptus Utini, discontinuatus fuerit vigore inhibitionis a Vicario Aquilejensi factæ, atque ab Episcopo Justinopolitano tunc Apostolico Patriarchatus Aquilejensis administratore confirmatæ; alterum autem quod non in publica Ecclesia, sed in Sacrario repositum fuerit corpus Beati Bonaventuræ ab Utino deductum.

Quod ad primum attinet, brevis & in promptu responsio est; siquidem immemorabilis cultus metam centum an-

norum excedens, non ab obitu Beati Viri, neque a veneratione Populi Utinensis computatur, sed a translatione Venetias facta, atque a collocatione sacri corporis supra mensam Altaris, quæ cum peractæ fuerint anno MDIX, metam profecto excedunt centum annorum, quam ad statuendum immemorabile tempus Decreta Urbani Papæ VIII. requirunt. Ut autem unicum præ ceteris, & Venetum exemplum (quod ad rem nostram attinet) hoc loco proferam, Beatus Petrus Acotanto Nobilis Venetus Secularis venerationem Populi ob vitæ sanctitatem, & illustria prodigia statim post obitum sibi conciliavit; sed postmodum transacto annorum non brevi curriculo, quidam Ecclesiæ Sancti Basilii, (in qua Beati Viri corpus colebatur) nimium scrupulosus Plebanus sacrum corpus, (eo quia de ipsius sanctitate latum non fuerit ab Apostolica Sede judicium) in Cæmeterio communi recondi fecit, quod postea prodigiose inventum supra mensam Altaris, renovato ipsius cultu, conditum fuit. Tempus itaque immemorabile cultus Beato Petro delati, computatum fuit non ab institutione, sed a renovatione, quapropter bene probato immemorabili, publico, & continuato hoc cultu, sapientia & pietas Summi Pontificis,
Cle-

Clementis XIII. Ecclesiam Catholicam nostris hisce temporibus feliciter regentis, de ipso Officium proprium, & Missam cum Lectionibus & Oratione propriis recitari & celebrari in universo Venetorum Dominio Apostolica liberalitate concessit.

Neque magis obstare debet cultui Bonaventuræ secunda obiectio, quod in Sacrario, non in Ecclesia quiescat, & colatur: siquidem magnificum Patrum Servitarum Sacrarium Templo adjacens locus sacer est, in quo bene ornatum Altare visitur, ibique Missarum sacrificia celebrantur præcipue Feria V. in Cœna Domini, quæ dies est emortualis Beati Bonaventuræ; quapropter ad ipsum Altare, ubi sacrum ejusdem Beati Bonaventuræ corpus supra mensam in ornata capsa collocatum asservatur & colitur, frequens ad audienda sacra accurrit populi concursus. Non de Sacrario igitur, vel de Ecclesia nobis quæstio esse debet, sed attendendum est Altare sacro chrismate delibutum, & frequenti Missarum celebratione decoratum; Altare enim vel in Sacrario vel in Sacello aut Ecclesia positum sit, semper venerabile & sacrum est, neque intra seu supra illud condi possunt corpora aut Reliquiæ, nisi Sanctorum sint, aut Beatorum.

Et hæc quidem satis, ut reor, esse possent, ut pro certo statui possit immemorabilis Beati Bonaventuræ cultus, siquidem si ad cultus probationem plurimum valent ipsa elevata sepulcra, multo magis si accedat collocatio corporis supra mensam sacri Altaris inter Reliquias aliorum Sanctorum, validius erit argumentum ad probationem veri & publici cultus, prout in casuum exceptorum examine agere consuevit Sacra Rituum Congregatio. Et hæc quidem unionis Reliquiarum aliorum Sanctorum decora circumstantia militat in casu nostro: corpus enim Beati Bonaventuræ Venetias translatum, supra mensam Altaris collocatum fuit, ubi plurimæ & insignes illustrium Apostolorum & Martyrum Reliquiæ decentissime asservabantur, in quarum propterea unione a Fidelibus venerationem obtinuit.

Neque mirari quis debet, si venerandum Beati Viri corpus paucis ab ejus obitu annis elapsis in loco sacro, & inter aliorum Sanctorum Reliquias collocatum fuerit: siquidem in Cœnobio Ordinis Servorum (a) in loco, qui Bassanellus dicitur, posito extra Oppidum Sermeti in Territorio Mantuano, Tunica Beati Bonaventuræ vulgo

(a) Annal. Ord. Serv. Tom. II.

go Barbettæ nuncupati, decenter reposita in Capsula asservatur inter Sanctorum Reliquias, quo unionis, & venerationis duplici argumento clare indicatur Beati Viri sanctitas, & firmius probatur ejusdem cultus; siquidem inscriptio ad Tunicam apposita, ubi etiam titulus Beati legitur, perantiquis caracteribus exarata dignoscitur.

Hujusce unionis ratio mirifice profuit, ut obtineretur Officium proprium de Beato Petro Acotanto Veneto cujus venerandum Corpus supra Altare positum in Ecclesia Sancti Basilii sociatum fuerat corpori Sancti Constantii Anconitani, simulque ambo in una capsa quiescebant.

His de collocatione sacri corporis & veneratione Reliquiarum allatis, ad secundam cultus speciem progrediamur. Itaque secunda cultus species ex Imaginibus, quæ cum titulo Beati antiquitus depictæ visuntur, sumi debet, ex quibus recentiores, quamvis in locis Orationis positæ sint, omittimus, cum ex eis continuationem cultus potius quam immemorabilitatem temporis arguamus. Antiquas igitur tantummodo recensere debemus, quarum primam ex probatissimis Ordinis Servorum Annalibus addiscimus, in quibus Religiosus Vir Archangelus Gianius Annalium scriptor ita asserit: *Ejus*

veram. Imaginem vidimus aliquandò in Columna Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Bericæ de Vicentia, tamquam Viri cujusdam macie fere consumpti, cum flagellis, & flagris inter manus, unde pendebant in chartula hæc verba : A PENITENZA, eo quod hæc semper in ore, sicut in opere haberet. Secunda autem illa est, quæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Valle Abyssi nuncupata Ordinis Servorum B. M. V. in Castro Publici Diœcesis Calii in Urbinatensi ditione a sinistro latere Altaris Deiparæ Virginis visitur, in cujus Imaginis manu extant scripta hæc verba : *A PENITENZA;* ibique a dextero pariter ejusdem Altaris latere Imago extat Sancti Philippi Benitii ejusdem Ordinis Servorum Propagatoris. Et quidem publici cultus ingens, & magni ponderis argumentum est, quod ad sanctè ordinandum Deiparæ Virginis Altare Imago Beati Bonaventuræ simul cum alia præclarissimi Sancti effigie posita fuerit; si enim veram cultus probationem importat unio Reliquiarum alicujus Beati cum aliorum Sanctorum Reliquiis, ita, haud dispari ratione, dicendum est de Imagine Beati Bonaventuræ in Ecclesia, cum alterius Viri sanctitate clarissimi, & Canonizati Imagine, æquali modo collocata.

Hoc autem loco animadversione id potis-

potissimum dignum est, quod si Imagines Beati Viri alicujus etiam in Claustris, Atrijs, & Cœnaculis seu Refectorijs Cœnobiorum depictæ venerationis argumentum important, multo magis si in Ecclesijs publicis, & ad Altaria expositæ videantur, publicam denotabunt venerationem, qua ejusdem Beati merita, & memoriam prosequti sunt Christi fideles post ipsius obitum. Nemo est, qui nesciat, usum Imaginum ex vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ instituto signum esse veri cultus, (ut egregie notat Molanus de Hist. Sacr. Imag. lib. 2. c. 52.) quo Servi Dei a Christianis honorantur; idque potissimum, quando antiquitas earum Imaginum temporis immemorabilis spatium excedit ad normam laudati decreti Urbani Papæ VIII. Quod autem collocatio Imaginis alicujus Viri fama sanctitatis, & miraculorum gloria conspicui, cultum importet, satis declaravit Sacra Rituum Congregatio, quæ anno MDCXII. jussit amoveri Imaginem Sancti Andreæ Avellini tunc neque Beatificati, neque Canonizati, (inter Beatos enim adscriptus fuit anno MDCXXIV.) quæ collocata fuerat supra ipsius sepulcrum, ut patet ex actis ipsius Beatificationis pag. 28. & 52. Hujusmodi autem actus ad cultum publicum spectantes toleravit, & tolerat interdum Sedis Apostolicæ authoritas, ne-

 que

que eos improbat, exhibitos Dei Servis nondum neque Beatificatis, neque Canonizatis, ea præsertim de causa, quod ijs favet tempus immemorabile cum tolerantia Ordinariorum, neque introducti fuerunt causa turpis lucri, sed ex publica fama sanctimoniæ, vel ex manifesto miraculorum splendore. Hæc autem omnia pro casu nostro egregie militant, siquidem laudatus Andreas Lauredanus fama sanctitatis, & miraculorum Beati Bonaventuræ excitatus in lethali, quo gravabatur, morbo, se ejus intercessioni commendavit, receptaque prodigiose sanitate, corpus Venetias vexit, ubi cultus ejus inceapit, & usque modo perdurat.

Quod autem ejusmodi Imagines in Ecclesijs, vel ad Altaria collocatæ publicum, & verum cultum præferant, declaravit ipse Urbanus Papa VIII. per sua Decreta prohibens, ne Imagines Servorum Dei vel in ipso Altari privato, etiamsi depictæ essent sine radijs, diademate, aut splendoribus, retineantur; quapropter editis vulgatisque ipsius Urbani sanctionibus, plurimæ Servorum Dei Imagines, quibus integra non favebat centum annorum antiquitas ab Altaribus ablatæ fuerunt, quod etiam contigit Imagini Servi Dei nunc Beati Hieronymi Æmiliani, quamvis parum distaret a temporis immemorabilis statuta.

tuta periodo. Quum igitur ex decretis Apostolicæ authoritatis in casibus non exceptis abstinendum sit a collocatione Imaginum Servorum Dei, etiamsi depictæ sint sine radijs, diademate, aut splendoribus, *nec non extra Altaria, seorsumque a Sanctorum, vel Beatorum Imaginibus*, (ut erudite putat Benedictus Papa XIV. in lib. de Serv. Dei Beatif. lib. II. cap. XIV.), quia ejusmodi collocatio speciem aliquam publici cultus præsefert, quanto magis veri, & publici cultus argumentum erit positio Imaginis in Ecclesia ad conspicuum, & celebre Deiparæ Virginis Altare in societate & paritate clarissimi, & ubique notissimi Sancti solemniter Canonizati, qualis est Sanctus Philippus Benitius, cujus sanctitas innumeris prodigijs confirmata ab universis Catholici Orbis populis celebratur.

Recentiores Beati Bonaventuræ Imagines seu ad parietes juxta Altaria depictas, seu in tabula coloribus expressas, & in sacro loco collocatas non recenseo; quæ tamen, quamvis cultum immemorabilem non probent, pro ejus continuatione affirmanda validissimum sunt argumentum.

Tertia deinde, & probatissima cultus species emergit ex titulo Beati, quo eum concorditer insigniunt Scriptores, & Historici tam ex Ordine Servorum

quam.

quam exteri usque in præsentem diem. Assertionis hujus veritas probari debet testimonio ipsorum authorum, qui de ipso scripserunt, aut ejus nomen apposito Beati titulo pronuntiaverunt, qui in ejus tituli expressione adeo concordes sunt, ut nullus prorsus inveniatur, qui Bonaventuram absque adiecto Beati titulo enuntiet. Primus ex eis recensendus est Gasparinus Borrus ex Ordine Servorum insignis Theologus, de cujus probitate, & doctrina testimonium præ cæteris illustre perhibet in suis epistolis Cassandra Fidelis mulier pijssima ejus olim discipula, quæ ipsum sanctis moribus, *singulari temperantia*, *incredili constantia*, *Divina quidem virtute præditum* asserit. Luculentissime ipsum quoque laudibus ornant omnes fere Scriptores, qui de viris illustribus Venetis, aut Ordinis Servorum scripserunt, ut late profert Clar. Vir Joannes Maria Comes Mazzuchellius in Opere cui titulus: degli Scrittori d'Italia Vol. II. par. III. Gasparinus itaque, qui Veneto Servorum Cœnobio præerat eo ipso anno, quo Beatus Bonaventura ad Cœlum migravit, tristem de ipsius morte querimoniam Italico carmine concinnavit sub hoc titulo: *Lamento della morte del BEATO Bonaventura da Forlì dell' Ordine de' Servi, detto Barbeta*; moxque opus prosequens, ac deinde concludens Bea-

ti titulum iterum ac tertio ei tribuit, *Barbetæ* nomen semper adijcens. Metricum hoc carmen, in quo Beati Bonaventuræ merita, sanctitas vitæ, efficatia prædicationis, & salutaria monita poetice exarata continentur, impressum fuit cum aliis ipsius Gasparini poeticis operibus (in quibus profecto fulget ipsius pietas) per Angelum Britannicum Brixiæ anno 1498., post quorum carminum impressionem anno sequenti Gasparinus pie ex hac vita migravit.

Ejusdem ætatis scriptor alius est Philippus Albericus de Mantua, qui in Congregatione Observantium nuncupata Servorum Beatæ Mariæ Virginis pietate & studijs floruit vivente adhuc Beato Bonaventura, ejusdemque Congregationis electus fuit ob præclara merita Vicarius Generalis anno MDXV. Vir hic clarissimus in Libello cui titulus: *De Congregationis Servorum B. M. V. Observantium institutione*; dum Vicarios Generales ejusdem Congregationis chronolice recenset, Bonaventuram quoque de Forolivio electum enuntiat anno MCCCCLXXXVIII., & post ipsius virtutum, & meritorum enarrationem subdit: *Obijt Utini, & ibi in Ecclesia Sanctæ Mariæ Gratiarum mircaculis aliquando floruit. Sed Andreas Lauredanus quum in ea Urbe pro Venetis Præses existeret, & adversa valetudine correptus in extremis*

ageret, *meruit BEATI Bonaventuræ intercessione convalescere*, *qua gratia suscepta ejus corpus integrum Venetias transtulit*, *quod summo honore in Ecclesia Servorum miraculis fulgens collocavit*. Animadversione autem dignum est, quod Philippus ipso suæ electionis anno MDXV. Venetijs in majori Sanctæ Mariæ Servorum Cœnobio, inter Congregationis Observantium Monasteria tunc adnumerato degebat, proprijsque oculis aspiciens sacrum locum in quo recondita fuerant, & jacebant Beati Bonaventuræ lipsana, audiensque prodigiosas gratias ad ipsius invocationem patratas, scribere non dubitavit: *Beati Bonaventuræ corpus summo honore in Ecclesia Servorum miraculis fulgens* collocatum fuisse. Ex quibus profecto verbis manifeste evincitur, Beati Viri corpus non clam, & quasi in abscondito, sed palam & summo honore supra altare dispositum fuisse, cujus translationis, & collocationis notitiam ipsa quoque miracula clariores effecerunt.

Inter antiquos Scriptores, adnumerandus pariter est Honuphrius Salt Magister Ordinis Servorum B. M. V. (Hispani Licentiatum vocant) & Prior Cœnobij Sancti Martialis Valentinianus, qui vixit circa initia sæculi XVI. Historiam Sacræ suæ Religionis Hispanico idiomate scripsit, & in ea inter viros ejusdem instituti.

tuti Sanctitate illustres recenset Beatum Bonaventuram hoc modo: El Biado F. Buenaventura da Forlì; ex quo Beati titulo agnoscimus Sanctitatis ejus famam etiam exteris manifestam fuisse.

Magister Cosmas Florentinus qui circa finem sæculi XV. floruit, & Michael Poccianus pariter de Florentia, qui Chronicon Sacri Ordinis Servorum B. M. V. concinnavit circa medium sæculum XVI. ambo ejusdem Religionis Servorum pii alumni, Bonaventuram inter Beatos suæ Religionis cum laude enumerant, quod pariter deinde Gregorius Alasia, Giunnius, Garbius & multi alij seu Historici, seu Hagiographi, qui res gestas, & piorum memorias ex eodem sacro Ordine in lucem ediderunt, ita ut à nullo Scriptore Bonaventura titulo Beati fraudatus inveniatur.

Neque tantummodo Biographi, Chronologi, & Scriptores ex Ordine Servorum, sed exteri quoque & Laici authores, dum Bonaventuræ nomen aut gesta enuntiant, ipsum palam Beatum dicunt: Ita Joseph Capodaglius in sua Vtino Illustrata par. 1. pag. 29. scribit: *Nel Monastero poi de' Padri Serviti mancò di vita il BEATO Bonaventura da Forlì dell' Ordine de' Servi il Giovedì Santo del MCCCCXCI. avendo egli quivi predicato la parola Divina tutto quel corso di Quaresima; onde el suo corpo fu da questo Publico*

blica solennemente fatto seppellire nell' istessa Chiesa, d'onde poscia fu levato, e trasferito à Venezia ove al presente si riposa. Lucretius quoque Trejus in opere cui titulus: *Sacra Monumenta Provinciæ Fori-Julii* pag. 118. ait: *Bonaventura Forolivienfis Servorum Beatæ Mariæ Virginis Excalceatus, vitæ sanctimonia, & prædicationibus admirabilis sacro Quaeragesimali elogio Utini anno Domini MCCCCXCI. in Majori Basilica zelantissime perfunctus Feria V. in Cœna Domini gravi oppressus infirmitate spiritum Deo reddidit, Sacræ ejusdem Religionis inter Beatos adscriptus. Corpus mansit in Ecclesia Gratiarum, donec Venetias delatum fuit ubi in Ecclesia Servorum Beatæ Mariæ Virginis servatur, & honorifice colitur*. Ex hujus authoris scripto confirmari noscimus, titulum Beati, translationem, & honorificum cultum illustris Servi Dei, quem pariter Beati titulo insignit antiquior ejusdem Familiæ Treæ Vir in codice m. s. cujus exemplar adhuc apud posteros asservatur: Hæc autem sunt verba in m. s. exarata: *L'anno di Christo* 1491. 19. *Marzo giorno di Giovedì Santo morì in Udene il BEATO F. Bonaventura dà Forlì dell'Ordine de' Servi, mentre in detta Città di Udene con gran zelo, e fervore predicava la Divina Parola*. His (ut melius firmetur publici cultus continuatio) adjungimus recentiores Scriptores,

qui

qui concordi sententia, dum Beatum Bonaventuram de Foro-Livio enuntiant eum Beati titulo insignitum afferunt, ut videre est in Vitis Illustrium Forilivienfium Georgij Viviani pag. 29., in Thesauro Utinensi Taddæi Paladini, in Præsidio Romano Crescentij Tom. II. & in alijs. Neque prætermittendum hoc loco censeo, quod in tabella, *Annus Sacer Ordinis Servorum* nuncupata enuntiatur nomen Beati Bonaventuræ ad diem XIX. Martij his verbis: *In Asceterio Utinensi Obitus Beati Bonaventuræ de Forolivio, cujus corpus Venetias translatum in Sacrario Majoris Cœnobij requiescit, & colitur.*

Inter autem superius citatos scriptores ii præcipue attendendi sunt, qui viventes tempora translationis sacri corporis attigerunt, & Bonaventuram ex cultu publico ei delato, atque ex collocatione supra sacrum Altare inter aliorum Sanctorum Reliquias Beatum appellare non dubitaverunt, unde postea omnes seu ex Ordine Servorum, seu exteri qui de Beato Bonaventura sermonem, vel mentionem habuerunt, eodem Beati titulo eum insignire, nemine discrepante, continuarunt.

Porro hæc concordis denominatio Beati, quæ non cadit supra vitam, & mores, sed supra personam, non potest referri nisi ad titulum honoris, qui com-

competit solis vere Beatis, ideoque publicam venerationem & cultum importat; quare eo argumento usi sunt plurimi ad probandos casus exceptos, cujusmodi fuerunt, exempli gratia, casus Beati Petri Gambacurta de Pisis, & B. Bernardus Ptolomæus Senensis, qui ex cultu corporis, seu Reliquiarum argumentum habere non potuerunt ad publici cultus probationem.

Immemorabile itaque centum annorum, & ultra, tempus satis hucusque probatum fuisse, reor, ex antiquis authenticis documentis, quorum nomine in præsenti materia (ut docet Benedictus Papa XIV. lib. II. cap. XXIII. de Servor. Dei Beatif.) *veniunt primo Historiæ conscriptæ a viris fide dignis, qui eas composuerint centum annis ante Constitutionem Urbanam, vel qui seculo eodem decurrente sua ediderint monumenta; idque non solum si de cultu Servi Dei testimonium dicant, verum etiam, si ejus virtutes, & miracula tantummodo enarrent, ipsum appellantes Beati vel Sancti titulo, etsi denominatio ista personam dumtaxat respiciat, non mores.* Quam apte in casu nostro allata scriptorum afferta deserviant, aperte ex citatis temporibus dignoscitur; siquidem Gasparinus Borrus, & Philippus de Albericis (viri tum doctrina, tum pietate spectatissimi, ideoque omni fide digni,) qui acta

Bea-

Beati Bonaventuræ, ejusque merita, & sanctitatem descripserunt, multo ante Constitutionem Urbani Papæ VIII. vixerunt, quapropter eorum scripta jure dici possunt authentica documenta. Ad eundem igitur finem authentica pariter documenta dici debent sepulcrum elevatum supra mensam Altaris, & imagines depictæ diu ante Urbani decreta, unde emergunt tres publici cultus certa argumenta.

Tres igitur cultus species habemus in casu nostro; collocationem scilicet corporis super Altare in unione Reliquiarum aliorum Sanctorum, (ad quam etiam cultus speciem deducitur positio Tunicæ inter Sanctorum Reliquias) Imagines antiquas in loco sacro depictas, & assertiones typis editas antiquorum pariter, atque recentiorum Scriptorum, ex quibus, uti ex existentia corporis adhuc supra Altare quiescentis in ornata capsa, deducitur simul cum antiquitate cultus etiam constans, permanens, & numquam interruptus, qui a sui initio usque ad hanc diem perseverat.

Omnia autem hæc, quæ usque modo Reverendiss. & Doctiss. Pater tibi exhibui, superflua & inutilia videren tur, si de non amovendo vel confirmando Beati Bonaventuræ cultu agetur, siquidem in celebri suo decret o

Ur-

Urbanus VIII. protestatus est, se nullum præjudicium afferre voluisse iis, qui per longissimi, idest centum annorum, temporis cursum colebantur, pro quorum propterea cultu conservando nulla est, (ut docet laudatus Pontifex Benedictus XIV.) conficiendi vel Apostolica, vel Ordinaria authoritate processus necessitas, quando nihil de procuranda eorum Canonizatione agitur. Verum, cum in votis sit, ut Beatus Vir Officio Ecclesiastico saltem de Communi Confessoris non Pontificis in Cœnobio Venetiarum, vel (quod magis optandum, & decorum esset) in universa Servorum Beatæ Mariæ Virginis illustri & sacra Familia colatur, ad laudabilem hunc finem obtinendum, quidquid usque modo ex gravissimis authoribus, ex documentis, atque ex ipsa rerum adhuc extante veritate coacervare valui, id totum sapientiæ, & dexteritati tuæ offero, ut ad alia sacræ tuæ Religionis decoramenta istud quoque accedere obtineas, quod ad Dei gloriam, Sanctorum decorem, & omnium in hoc Veneto Cœnobio commorantium maximam proveniet consolationem. Quod si vir Venetus, Beatus nempe Jacobus Salomonius ex Ordine Prædicatorum Forolivii quiescens hujusmodi gaudet honore, ex pari cultus argumento vir Foroliviensis, Beatus scilicet

licet Bonaventura Torniellus Venetiis jacens æquali decoramento opera tua insignietur.

Plurima de hujusmodi casibus in citato Benedicti XIV. opere, & in Pontificiis decretis suppetunt exempla; ex quibus primum ex ipsius sæpelaudati Urbani VIII. concessione derivavit, qui cum Spoletinæ Ecclesiæ Episcopus præesset, merita sanctitatis & cultum Beatæ Ritæ seu Margaritæ Monialis ex Ordine Sancti Augustini cognovit, quapropter ad regimen Ecclesiæ universalis evectus, ipsius Beatæ Officium & Missam, nulla præcedente processus formatione universæ Sancti Augustini Familiæ concessit. Plurima autem alia paris indulgentiæ privilegia Sacris Præmonstratensium, Cistercensium, & aliorum Regularium Ordinibus concessa (omnia enim tædium esset recensere) prætermitto, & duo solum affero ad nostræ hujus Civitatis decorem collata, unum videlicet Beatæ Julianæ de Comitibus Collisalti Virginis Ordinis Sancti Benedicti, & alterum Beati Petri Acotanto Patritii Veneti Secularis. Beata Juliana, cujus corpus supra Altare ab immemorabili tempore in Ecclesia Monialium Sanctorum Blasii, & Cataldi de Judaica expositum est, absque ulla processus confectione, ad preces & brevem informationem Patriar-

chæ

chæ Venetiarum a Benedicto Papa XIV. Officium de Communi Virginum cum Oratione & Lectionibus propriis obtinuit, & Beatus Petrus Acotantus, cujus corpus in Ecclesia Sancti Basilii supra mensam Altaris asservabatur, ex Apostolica Clementis Papæ XIII. feliciter regnantis liberalitate ad instantiam nunc viventis Patriarchæ Venetiarum Officio pariter Ecclesiastico cum Lectionibus, & Oratione propria decoratus fuit. Id etiam ad aliorum Sanctorum gloriam actum fuisse, affirmat Summus Pontifex Benedictus XIV. in sæpe laudato opere de Serv. Dei Beatific. lib. IV. part. II. cap. V. ubi de casibus exceptis differens, ita scribit: *aliquando a Sacra Congregatione* (loquitur de hisce casibus exceptis) *facta fuit, & fit concessio Officii & Missæ in honorem horum Beatorum*. Faxit igitur Omnipotens Deus, ad cujus gloriam plurimum laboravit Beatus noster Bonaventura, ut par sortiatur beneficii decus (quod alii Religiosi Ordines, ut diximus, assequuti sunt) etiam Sacra, & Ecclesiæ Catholicæ meritissima Religio Servorum, & nos lætemur de ampliori glorificatione piissimi ejusdem Ordinis alumni, cujus Deus Sanctitatem gloriosis miraculis voluit manifestatam.

DE

DE APOCRYPHO THOMÆ EVANGELIO

Ad Reverendissimum Patrem

THOMAM AUGUSTINUM RICCHINIUM

Sacri Palatii Apostolici Magistrum

D. JOANNIS ALOYSII MINGARELLI

Can. Reg. S. Salvatoris, Sacræ Ind. Congr. Consultoris, & in Bononiensi Archigymnasio ad Linguæ Græcæ Cathedram Lectoris Publici

EPISTOLA.

Egebam nuper, Clarissime Vir, ac Præsul amplissime, Augustini Antonii Georgii doctissimi hominis Alphabetum Tibetanum: idque dum facerem, illud animum non mediocriter perculit meum, quod in Xaca, celeberrimo illo numine, seu monstro potius, quod Tibetani colunt, scelestissimum Manetem latere compererit. Noveram enim Manetis discipulum Thomam in Indiam profectum doctrinæ suæ virus in eam regionem evomuisse, quod gravissimus auctor Theodoretus lib. 1. hæreticarum fabularum cap. 26. scriptum reliquit: itaque haud ægre adducebar ut crederem, facili negotio Manichæismum in Tibetum irrepere potuisse.

Neque vero inani aliqua ac futili conjectura Georgii opinio confirmatur, ut nosti: etenim quæ de Xaca illo suo Tibetani credunt, pleraque aut ipse de se Manes, aut de nequissimo præceptore nequiores discipuli commenti sunt. Testes hujus rei locupletissimos habemus veteres Ecclesiæ Patres, ac præsertim magnum il-

lud Ecclesiæ lumen Augustinum : nec enim impudentissimum Beausobrium moror, qui maximi hujus viri, sanctissimique Doctoris auctoritatem flocci faciens, ac Manetis Manichæorumque se veluti patronum ac vindicem præstans, negare ausus est, ea opinionum portenta, de quibus meminit Augustinus, prædicasse Manichæos, ac rudi plebeculæ venditasse. Sed hominis impudentiam merito redarguit Georgius: ac illa ipsa Manichæorum dogmata, quæ Beausobrio incredibilia visa sunt, Augustino autem, ceterisque Patribus non credibilia modo, sed vera, illa, inquam, ipsa, aut maxime affinia Tibetanorum Magistros nostra quoque tempestate docere demonstrat. Quo magis vero suam illustret vir clarissimus atque confirmet opinionem, apocryphum quemdam libellum sæpius citat, qui *Thomæ Euangelium*, aut *de Infantia Salvatoris* vulgo inscribitur: ac præcipuas fabulosæ Manetis vitæ historiæque periodos, resque ab eo gestas, ex commentitiis vitæ Servatoris nostri periodis, atque prodigiis, quæ in mendacissimo eo libello describuntur, confictas esse suspicatur.

Hæc dum in Georgio legerem, dolebam græci illius pseudoeuangelii fragmentum duntaxat typis impressum hactenus prodiisse: quod viderem ex im-

impio etiam libello utilitatem aliquam, tamquam antidotum ex veneno, posse comparari ; nihil vero ex ejus editione detrimenti, aut periculi pertimescendum censerem : quis est enim in tanta litterarum ac veritatis luce tam excors, quem apocrypha isthæc deliramenta movere queant, aut quem non pudeat fidem illis vel minimam adhibere ? Itaque illud, etsi fabulis ineptiisque refertum, atque importunitatis ac tædii plenum, integrum evulgare statui, ac tibi mittere, vir præstantissime, cujus non modo doctrinam prope singularem semper suspexi, verum non modicam quoque in me benevolentiam jampridem expertus sum : nec enim tu is es, qui in legendis libris voluptatem aucuperis (quamquam habet aliquam ineptiarum quoque lectio delectationem, si vetustæ sint, & veterum Patrum execratione famosæ), sed utilitatem potissimum, eamque vel maxime, quæ in Ecclesiastica studia derivetur. Hanc spectasse mihi persuadeo virum quoque probitate & doctrina insignem Joannem Baptistam Cotelerium, quum græcum ejusdem pseudoeuangelii Thomæ fragmentum in Regia Parisiensi Bibliotheca a se repertum primus edidit : quod Lambecius postmodum in m. s. codice Vindobonensis Cæsareæ bibliothecæ

 quum

quum inveniſſet, lectionum varietatem adnotando recenſuit libro VII. Commentar. pag. 270. & ſeq.; ac tandem Notis illuſtratum Joannes Albertus Fabricius in *codicem apocryphum Novi Teſtamenti* retulit pag. 159. ſecundæ editionis. Hanc igitur ipſam duntaxat utilitatem, quantulacumque eſt, præ oculis & ipſe habens illud nunc integrum edo, quale exſtat in chartaceo codice m. ſ. ſeculi XV. quem a Clariſs. Viro Joanne Chryſoſtomo Trombellio Abbate Exgenerali emptum ſervat noſtra S. Salvatoris Bononiæ Bibliotheca. Sed prius quam ad pſeudoeuangelium ipſum deveniam, pauca de illo præfari neceſſe eſt.

Ac primum quidem ab antiquiſſimis temporibus hæreticos Eccleſiæ Catholicæ hoſtes Euangelium quoddam oſtentaſſe, quod vocabant *ſecundum Thomam*, dubitare non licet. Primus diſerte atque expreſſe illius meminit Origenes: homilia enim prima in Lucam ex veteri verſione ſic loquitur: " Scio Euan„ gelium, quod appellatur ſecundum „ Thomam „ & juxta Matthiam: & „ alia plurima legimus, ne quid igno„ rare videremur, propter eos, qui ſe „ putant aliquid ſcire, ſi iſta cognove„ rint. " In Prologo autem græcis ſcholiis m. ſs. in Lucam præmiſſo, apud Richardum Simonium lib. 3. Hiſt. Crit.

No-

Novi Teſt. ait : Φέρεται δὲ καὶ τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, ideſt : „ Fertur autem etiam Euangelium ſecundum „ Thomam. "

Quin immo ſcriptorem quoque Origene paulo vetuſtiorem Irenæum lib. I. adverſus hæreſes cap. 20. pſeudoeuangelium illud reſpexiſſe credibile eſt, quum de Marcoſiis hæreticis hæc ſcripſit : Πρὸς δὲ τούτοις, ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. Προσλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς τοῦ Κυρίου παιδὸς ὄντος, καὶ γράμματα μανθάνοντος, καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστὶν, εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα. πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου κελεύσαντος εἰπεῖν, ἀποκρίνασθαι τὸν Κύριον· σύ μοι πρότερον εἰπὲ τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοὶ ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα· καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα. Ideſt, verbum e verbo : „ Inſuper, „ autem apocryphorum librorum, & „ adulterinarum ſcripturarum, quas ipſi „ confinxerunt, infinitam multitudi„ nem afferunt, ut ſtultos ac veſanos „ homines, veritatiſque litteras igno„ rantes in ſtuporem trahant. Commen„ tum etiam illud aſſumunt, quod

„ quum Dominus puerili ætate esset,
„ atque elementa disceret, ac ludima-
„ gister, ut mos est, ei dixisset„: *dic*
„ *Alpha* : respondit, *Alpha*: quum-
„ que rursus *Beta* dicere jussisset, re-
„ spondit Dominus: *Tu mihi prius dic*
„ *quid sit Alpha, tumque tibi dicam*
„ *quid sit Beta*. Idque ita interpretan-
„ tur, quasi solus ipse id, quod cogni-
„ tionem superat, norit, quod quidem
„ in figura ipsius Alpha declaravit. "
Hæc ipsa porro, quam Irenæus commemorat, pueri Jesu litteras discentis fabula in illo etiam pseudoeuangelio reperitur: ut proinde nihil sit cur illud Irenæum spectasse negemus. Quod enim Richardus Simonius ait in novis animadversionibus ad Novum Testamentum lib. 1. cap. 1. pag. 9: *L' histoire des Marcosiens rapportèe par S. Irenèe n' est pas tout à fait la mème . . . . . cela me fait croire que cet Evangile de S. Thomas n' est pas le mème livre, que celui que S. Irenèe cite*, valet id quidem aliquid, si ad ejus libelli fragmentum jamdiu editum referatur: at mea quidem sententia parvi faciendum est, si de integro pseudoeuangelio, quale mox editurus sum, sermo habeatur, in quo bis puer Jesus a ludimagistro edoctus describitur, nimirum capite 6. & 14.: quanta enim intersit inter hæc loca, & citata Irenæi verba, narrationis, vel, ut verius di-

dicam, commenti similitudo, ex locorum ipsorum collatione facile poterit quisque cognoscere.

Post Irenæum vero atque Origenem apocryphi ejus euangelii, quod diceba-tur *secundum Thomam*, plures meminerunt; quorum loca diligenter simul collegit pleraque Fabricius in Codice Apocrypho Novi Testamenti: nimirum Eusebius Cæsariensis lib. 3. Hist. Eccl. cap. 25, Cyrillus Jerosolymitanus Catechesi 4. & 6, Gelasius in Decreto de libris apocryphis, Auctor appendicis ad synopsim Sacræ Scripturæ Athanasio adscriptam tom. 2. pag. 202. editionis Benedictinorum, Innocentius I. in epistola 3. ad Exsuperium, Ambrosius initio commentariorum in Lucam, Hieronymus proemio Commentariorum in Matthæum, Septima synodus Œcumenica actione 2. parte 5. tom. 7. editionis Conciliorum Labbeanæ, Timotheus presbyter Constantinopolitanus in epistola seu libello de iis qui ad Ecclesiam accedunt, Petrus Siculus in Historia Manichæorum pag. 30. editionis Raderi, Leontius de Sectis praxi 3. pag. 432, Auctor anathematismorum in Manichæos a Cotelerio editorum tom. 1. Patrum Apostolicorum pag. 537, Theodosius Alexandrinus in commentario inedito ad Dionysium Thracem, Photius lib. 1. contra Manichæos,

Georgius Syncellus in Chronographia pag. 317, & Auctor veteris stichometriæ ad calcem Chronographiæ Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani editus, qui pseudoeuangelium hocce στίχων ατʹ ait esse, nempe *versiculorum* 1300. Horum autem Scriptorum ac Patrum nomina tantum brevitatis causa recitare contentus fui, quod loca ipsa apud Fabricium legere, aut reperire facile unusquisque possit.

Jam vero non modo pseudoeuangelium secundum Thomam veteres Patres nominarunt, verum etiam apocryphum librum *de Infantia Salvatoris*. Quæri autem potest, utrum alius ab illo sit hic liber, necne; quum Thomæ quoque euangelium *liber de Infantia Salvatoris* nuncupari potuerit: quo sensu, ut opinor, Georgius in præfatione Alphabeti Tibetani pag. xli. hæc scripsit: *Acta Jesu finxisse* (*Manetem existimo*,) *aut jam ficta auxisse fabulis, quæ in Euangelii formam, quod* Thomæ *dicitur, aut* liber Infantiæ Salvatoris *inscribitur, collecta sunt*.

Verum equidem libros a vetustis Patribus memoratos duos fuisse crediderim, non unum, tametsi ejusdem ambos fere argumenti. Gelasius enim I. Romanus Pontifex, ac Timotheus Constantinopolitanus Presbyter alterum ab altero aperte distinguit: Nam ille quidem

dem apocryphos libros in Decreto recensens hæc scribit : *Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ Apostoli, quo utuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum ... Liber de Infantia Salvatoris, apocryphus*. Timotheus vero in libello de iis qui ad Ecclesiam accedunt : Οἱ δ' ἀπ' αὐτοῦ θεοστυγεῖς Μανιχαῖοι καινοτομοῦσιν ἑαυτοῖς δαιμονιώδη βιβλία ἅπερ εἰσὶ τάδε· α'. Τὸ ζῶν εὐαγγέλιον . . , . θ'. τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον . . . ιγ'. Τὰ παιδικὰ λεγόμενα τοῦ Κυρίου ἃ συνέταξαν οἱ αὐτοὶ θέλοντες δόκησιν ἀποφῆναι τὴν σάρκωσιν αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ. idest: *Hunc* (Manetem) *secuti impii Manichæi novas sibi fingunt libros a dæmone inspiratos, quales sunt. Primo. Euangelium vivum .... Nono. Euangelium secundum Thomam ... Tertiodecimo. Narrationes* de infantia Domini, *quas iidem composuerunt, volentes Christum specie tenus tantum, non vere incarnatum esse*.

Quod si conjecturis quoque locus sit, hæc insuper animadvertenda proposuerim, quod eamdem rem confirmare videantur. Nimirum liber *de Infantia Salvatoris* Matthæo Euangelistæ tributus, non Thomæ, exstat in codice 1697. Regiæ Parisiensis Bibliothecæ, teste Cotelerio in notis ad lib. VI. Constitt. Apostolicarum cap. 17: quod indicio est,

eum libellum alium ab hoc nostro pseudoeuangelio esse, quod Thomæ Israelitæ nomen & in titulo præfert, & in proemio: quin imo Cotelerius, qui illum legit, eum reipsa græco Euangelii Thomæ fragmento a se edito partim similem esse testatur, partim dissimilem. Arabicum vero *Euangelium Infantiæ*, quod Sikius latine interpretatus est, quis unum eumdemque libellum cum nostro pseudoeuangelio dixerit, quum neque Thomæ nomen habeat, & ab exordio usque ad 35. caput ea contineat, quorum nulla plane mentio in græco Thomæ pseudoeuangelio habeatur; illa vero ipsa, quæ & græcum habet, arabicum narret quidem, sed longe diversa ratione? Quod si liber ille *Infantiæ Salvatoris*, qui XVI. seculo a Malabarensibus Nestorianis adhuc in pretio habebatur, quique a Diamperana synodo anno 1599. in Angamalæ diœcesi ad montes Malabaricos sub Alexio de Menezes Goanorum Archiepiscopo habita proscriptus fuit, alius ab arabico *Euangelio Infantiæ* sit, quod Sikius transtulit (differre autem ille ab hoc videtur, quum fabulæ, quas ex illo profert synodus, in hoc omnes non reperiantur); nullus relinquitur dubitandi locus, quin multo magis a græco Thomæ Euangelio plane diversus sit: ita enim de ipso loquitur ea synodus Actione 3. Decreto

14.

14. *Item o livro que se chama de Infancia do Salvador, ou historia de nossa Senhora condemnado ja pellos Sanctos antigos por ter em si . . . . . . muytas historias fabulosas sem fundamento*: Quæ verba ex Lusitano in Latinum sermonem conversa sic sonant: *Item liber qui dicitur* Infantiæ Salvatoris, *vel* Historia Dominæ nostræ, *jam ab antiquis Sanctis damnatus, quod . . . . . plurimas historias fabulosas sine ullo fundamento contineat*. At vero hæc græco Thomæ Euangelio convenire nequeunt: huic enim etsi primus ille titulus *Infantia Salvatoris* tribui aliquo modo valeat, alter tamen, nempe *Historia B. Mariæ*, aptari nequit ullo modo.

Verum illud quoque in controversiam venire potest, Manichæi ne apocryphum Thomæ Euangelium finxerint, an vero Gnostici, aut Marcosii, Manete antiquiores; cum pugnantia videantur priscorum Patrum hac de re testimonia. Irenæum enim, atque Origenem, quibus illud ignotum non fuisse jam dixi, ante exortam Manetis hæresim scripsisse constat: eamque ob rem tomo I. Hist. Manich. ejus imposturæ auctores fuisse Manichæos negat Beausobrius. Verum quam multi sunt e contrario, iique gravissimi Scriptores, qui adulterinum illum nummum in Manichæorum officinis latibulisque cusum prædicant! Cyrillus

lus Jerosolymitanus antistes catechesi 4: Ἔγραψαν (inquit) καὶ Μανιχαῖοι κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, ὅπερ εὐωδίᾳ τῆς εὐαγγελικῆς προσωνυμίας ἐπικεχρωσμένον, διαφθείρει τὰς ψυχὰς τῶν ἁπλουστέρων : idest : *Scripserunt etiam Manichæi Euangelium secundum Thomam*, *quod euangelicæ appellationis fragrantia coloratum*, *simpliciorum animas corrumpit*. Catechesi vero VI. Μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν κακῶν τριῶν τοῦ Μανὴ μαθητῶν. idest : *Nemo legat euangelium secundum Thomam ; non enim est unius ex duodecim Apostolis*, *sed unius ex pravis tribus Manetis discipulis*. Timotheus presbyter, cujus paulo ante verba exscripsi, inter libros, quos Manichæi νοθευομένοις ἑαυτοῖς, nono loco numerat, Euangelium secundum Thomam. Petrus Siculus in Historia Manichæorum pag. 30. de Manetis discipulo Thoma ait : Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν εὐαγγέλιον συντάξας, idest : *Thomas qui Manichæum Euangelium secundum Thomam condidit*. Similique loquendi ratione utitur quum Photius lib. 1. contra Manichæos pag. 357. apud Montfauconium in Bibliotheca Coisliniana : Καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομαζόμενον συνταξάμενος εὐαγγέλιον : tum auctor Anathematismorum in Manichæos :

chæos : Θωμᾶν τὸν συνταξάμενον τὸ κατ' αὐτὸν λεγόμενον εὐαγγέλιον : idest : *Thomam, qui Euangelium secundum Thomam dictum composuit*. Quid? quod Septima quoque synodus Œcumenica Nicææ habita hoc ipsum euangelium a Manichæis *inductum* ait actione 6? Καὶ τὸ κατὰ Θωμᾶν Μανιχαῖοι παρεισήγαγον (inquit) εὐαγγέλιον, ὅπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ὡς ἀλλότριον εὐσεβῶς ἀποστρέφεται, idest : *Et Manichæi Euangelium secundum Thomam introduxerunt, quod Catholica Ecclesia pie tamquam alienum aversatur*.

Quis porro tantam tot Patrum atque Scriptorum auctoritatem contemnere audeat, nisi qui Beausobrianam impudentiam imitatus frontem perfricuerit? Dubitandum itaque non videtur, quin ejusdem tituli, atque adeo ejusdem, ut opinari licet, argumenti Euangelium, idque *secundum Thomam* nuncupatum, quum Marcosii habuerint, tum finxerint Manichæi. Quin immo utroque Euangelio Manichæos ipsos usos esse, ex Gelasii Decreto mihi videor posse conjicere. Ubi enim vulgaris decreti Gelasiani editio habet singulari numero : *Euangelium nomine Thomæ Apostoli, quo utuntur Manichæi, apocryphum*: ibi vetustus codex a Chiffletio lectus habet plurali numero : *Euangelia nomine* Thomæ *Apostoli, qui-*

bus Manichæi utuntur, *apocrypha*: editio autem ejusdem Decreti ex antiquissimo Vaticano codice facta a Fontaninio in appendice ad librum secundum de antiquitatibus Hortæ, quum plurali numero, tum omissa *Apostoli* voce, habet: *Euangelia nomine Thomæ*, *quibus Manichæi utuntur*, *apocrypha*. Utrum vero novum hi ex integro condiderint, an vero potius vetustiori, quo Marcosii utebantur, pseudoeuangelio fabellas adjecerint, illudque interpolatum, novisque ineptiis ditatum, quodammodo suum fecerint, quod postmodum veluti Thomæ Manichæi fœtus habitum fuerit, difficile est definire. Mihi quidem arridet quod Turibius Asturicensis Episcopus, quinto seculo, in Epistola ad Idacium, & Ceponium Episcopos, de Manichæorum hæresi loquens scripsit: *Per cujus auctores*, *vel per maximum principem Manem*, *ac discipulos ejus*, *libros omnes apocryphos vel compositos*, *vel infectos esse manifestum est*.

Sed utcunque se res habeat, illud sane constat, plura *de Infantia Salvatoris* etiamnum exstare euangelia; quin etiam aliqua esse unius ejusdemque euangelii diversa inter se exemplaria. Nam Primo quidem quod nunc editurus sum, etsi unum idemque cum eo, cujus fragmentum Cotelerius edidit, dici

dici non immerito possit, non parum tamen ab illo differt: præterquamquod enim magna est utrobique lectionum varietas, in meo Zacchæus ludimagister græcas litteras docet, in Coteleriano autem fragmento hebraicas: Coteleriani vero fragmenti caput septimum fabellam quamdam de nescio quibus pannis habebat, quæ in nostro plane desideratur. Secundo Arabicum *Euangelium Infantiæ* quum a Coteleriano fragmento, tum a nostro maxime discrepare superius animadverti. Tertio in codice 2276. Bibliothecæ Regis Galliarum (teste Cotelerio ad librum 6. Constitutionum Apostolicarum cap. 17.) legitur: *Incipit Historia de Joachim & Anna, & de Nativitate B. Dei genitricis semper Virginis Mariæ, & de Infantia Salvatoris. Ego Jacobus filius Joseph* &c. Quarto in codice 1697. ejusdem Bibliothecæ *exstat liber* (ait ibidem Cotelerius) *tamquam MATTHÆI EVANGELISTÆ DE INFANTIA SALVATORIS ..... in eo consideratione dignus, quod etiam continet, non tamen absque interpolatione, responsionem Christi pueri litteras discentis ad magistrum, relatam ex falsa scriptura ab Irenæo lib. 1. cap.* 17. (nunc 20). *Sed & in eodem apocrypho refertur quoque fabella de passeribus, quam lectam fuisse a Mohamede discimus per Ni-*

ce-

cetam Choniatem, *atque adeo per impostorem ipsum*, *Alcorani sura* 3, *&* 5. Demum Leucii quoque Manichæi, exsecrandi, inquam, illius Leucii quem *diaboli discipulum* Gelasius Pontifex nominavit, pseudoeuangelium in Oxoniensi Bibliotheca Collegii Corporis Christi asservari testatur Joannes Ernestus Grabius in notis ad Irenæi lib. 1. cap. 17. : in capite vero, quod inscribitur: *quomodo Jesus discendus erat litteras*, hæc legi ait in illo euangelio: *Et cœpit Magister impiose* (leg. *imperiose*) *eum docere*, *dicendo*: *Dic Alpha*. *Jesus vero dixit ei*: *Tu mihi dic prius*, *quid sit Beta*, *&* *ego dicam tibi quid sit Alpha*: *&* *ob hæc magister iratus percussit Jesum*, *&* *postquam percussit eum*, *mortuus est*. Quibus consentanea sunt quæ quum in nostro leguntur cap. 14, tum in Arabico, quod vertit Sikius, cap. 49. Quum itaque tanta fuerit veterum Hæreticorum in fingendo licentia, quid est cur verisimile negetur, duo olim exstitisse Euangelia secundum Thomam, ut suum habuerint Marcosii, suum item Manichæi?

Quod si quis ex me quærat, Marcosiorum ne, an Manichæorum sit, quod nunc edo, nihil ausim equidem certi statuere. Quum tamen nostrum hoc & Thomæ nomen ab Origene commemoratum præferat, & fabellam

ab

ab Irenæo prolatam de puero Jesu litteras græcas discente habeat, non vero hebraicas, ut est in fragmento Coteleriano, nostrum hoc potius, quam Cotelerianum fragmentum respexisse putaverim Irenæum.

Hæc habui, vir doctissime, quæ dicerem de Thomæ pseudoeuangelio. Reliquum nunc est, ut Cotelerianum primo fragmentum (quo magis ea, quam dixi, lectionum discrepantia appareat) una cum Fabricii notis huic Epistolæ subjiciam: deinde integrum pseu'oeuangelium mea translatione, meisque brevibus notis illustratum: quod dum leges, non sine aliqua delectatione comperies, quantum apocrypha isthæc figmenta ab aurea illa, vel divina potius simplicitate distent, quæ in θεοπνεύςοις Euangeliis elucet, atque a sanctissima Christi doctrina, quam genuini Euangelistæ litterarum monumentis tradiderunt. Vale, meque tibi quammaxime devotum benevolentia tua, ac patrocinio tueri ne desistas. Dabam Venetiis, Calendis Maii, anno MDCCLXIV.

Li-

Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

I. ἈΝαγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης, πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρίσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν ἐν τῇ Βηθλεέμ, ἐξιστάμενος· ὧν ἡ ἀρχή ἐστιν αὕτη.

II. Τὸ γὰρ παιδίον Ἰησοῦς πενταετὴς γενόμενος· βροχῆς δὲ γενομένης, καὶ παυσάσης τῆς βροχῆς, ὁ Ἰησοῦς ἔπαιζεν ἐπὶ διοδεύσει τινὸς ῥύακος, καὶ τὰ παραῤῥέοντα ὕδατα συνηγάγετο εἰς λάκκους, μεθ' ἑτέρων παιδῶν τῶν Ἑβραίων. Καὶ αὐτὰ τὰ ὕδατα παραχρῆμα ἐγένοντο καθαρὰ καὶ ἐνάρετα. Λόγῳ δὲ μόνῳ ἐπάταξεν αὐτὰ, καὶ πάντως ὑπετάσσοντο αὐτῷ. Ἐπάραντος δὲ ἐκ τῆς χήλεως αὐτῶν πηλὸν τρυφε-

ρὸν

Liber de Pueritia, & miraculis Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

(*Johanne Bapt. Cotelerio* (1) *Interprete.*)

I. NEceſſarium duxi ego Thomas Iſraelita cunctis inter gentes fratribus nota facere puerilia & magnifica Chriſti opera quæ edidit Dominus noſter ac Deus Jeſus Chriſtus, natus in regione noſtra, apud Bethlehemam : ego iis obſtupefactus : quorum hoc eſt initium.

II. Puer Jeſus annum ætatis quintum agebat. Cum autem pluiſſet, ac pluvia ceſſaſſet, Jeſus cum aliis pueris Hebræis ludebat ad decurſum (2) rivi : & aquæ præterfluentes congregabantur in foveas. Tum ipſæ aquæ confeſtim factæ ſunt puræ ac efficaces (3). Solo autem ſermone percuſſit eas, atque omnino ei obtemperabant. Cumque ex ipſarum ripa molle lutum ſuſtuliſſet, ex illo formavit paſſerculos numero duodecim. Erant itaque una cum eo pueri ludentes (4). Quidam vero Judæus, poſtquam vidit, quæ fece-

ρὸν, ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία, τὸν ἀριθμὸν ιβ'. Ἦσαν οὖν καὶ τὰ παιδία παίζοντα σὺν αὐτῷ. Ἰδὼν δέ τις Ἰουδαῖος, ἃ ἐποίησεν Ἰησοῦς ἐν σαββάτῳ πλάττων τὸν πηλὸν, ἀπῆλθεν εὐθέως, καὶ ἀπήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσὴφ, λέγων· ἰδοὺ τὸ παιδίον σου παῖζον ἐπὶ τοὺς ῥύακας, καὶ ἦρε πηλὸν καὶ ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία ιβ', καὶ βεβηλεῖ τὸ σάββατον. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν, ἀνέκραξεν αὐτὸν λέγων· διατί ταῦτα ποιεῖς ἐν σαββάτῳ, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν; ὁ δὲ Ἰησοῦς συγκροτήσας τὰς παλάμας αὐτοῦ, ἀνέκραξε τοῖς στρουθίοις. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε, πετάσθητε, καὶ μέμνησθέ μου ζῶντες. Καὶ πετασθέντων τῶν στρουθίων ἐξῆλθον κράζοντα. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐθαμβήθησαν, καὶ ἀπελθόντες διηγήσαντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὅπερ ἴδον, σημεῖον πεποιηκὼς ὁ Ἰησοῦς.

III. Ὁ δὲ υἱὸς Ἄννα τοῦ γραμματέως ἦν ἑστὼς ἐκεῖ μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ λαβὼν κλάδον ἰτέας, ἐξέχεε τὰ ὕδα-

cerat Jesus die Sabbati in fingendo luto, statim discessit, nunciavitque Patri ejus Josepho, dicens : Ecce filius tuus dum secus rivos ludit, tulit lutum (5), finxitque ex eo passeres duodecim, & Sabbatum profanat. Igitur accedens Joseph ad locum, & cernens inclamavit ipsum his verbis : Qua de causa hæc agis in Sabbato, quando non licet? Jesus autem complosis manibus suis acclamavit passeribus, dixitque illis : Ite, volate, ac mei viventes memores sitis. Tunc avolaverunt passerculi, & cum clamore egressi sunt. Id vero videntes Judæi, valde admirati sunt; atque abeuntes narraverunt primoribus inter ipsos miraculum, quod coram ipsis ediderat Jesus.

III. Porro filius Annæ scribæ stabat illic cum Josepho; acceptoque ramo salicis effudit aquas (*6*), quas congrega-

ὕδατα, ἃ συνήγαγεν ὁ Ἰησοῦς. Ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον Ἰησοῦς τὸ γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ἀνόητε, τί ἠδίκησάν σε οἱ λάκκοι, καὶ ἐξέχεας τὰ ὕδατα; Ἰδοὺ νῦν καὶ σὺ ὡς δένδρον ἀποξηρανθῇς, καὶ οὐ μὴ ἐνέγκῃς φύλλα, οὔτε κλάδους, οὔτε καρπόν. Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ὅλος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ξηρανθέντος ἐβάστασαν φέροντες αὐτὸν θρηνοῦντες τὴν νεότητα αὐτοῦ. Καὶ ἤγοντο πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, καὶ ἐνεκάλουν αὐτὸν, ὅτι τοιοῦτον ἔχεις παιδίον ἐργαζόμενον τοιαῦτα; εἶτα ὁ Ἰησοῦς παρακληθεὶς παρὰ πάντων, ἰάτρευσεν αὐτὸν, ἐάσαντός τι μέλος τινὰ ἀργὸν ὀλίγον εἰς τὸ προσέχειν αὐτούς.

IV. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο διὰ τῆς κώμης, καὶ παιδίον τρέχον διερράγη εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ, καὶ πικρανθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου. Καὶ παραχρῆμα πεσὼν ἀπέθανεν. Ἰδόντες δέ

gaverat Jesus. Hoc ab ipso perpetratum aspiciens puer Jesus, moleste tulit, dixitque illi : stulte, qua te injuria affecerunt fossæ, ut aquas diffunderes? Ecce jam tu quoque tamquam arbor (7) arescas, nec afferas folia, neque ramos, neque fructum. Et illico totus aridus factus est. At Jesus secessit, abiitque in domum suam. Cæterum parentes illius qui aruerat, sublatum portaverunt eum, lugentes ipsius juventutem : & duxerunt ad Josephum, quem incusabant : cur ejusmodi habes puerum talia operantem? Postea Jesus obsecratus a cunctis sanavit illum; reliquit tamen aliquod parvum membrum (8) motus ac operationis expers, ut ii attenderent.

IV. Rursus itaque Jesus per vicum proficiscebatur; & puer currens irrupit in ejus humerum. Unde exacerbatus Jesus dixit illi : Non abibis viam tuam (9), statimque cecidit puer ac mortuus est. Aspicientes autem nonnulli rem gestam dixerunt ; Unde natus est iste puer, quod omne verbum

τινες τὸ γινόμενον εἶπον· πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. Καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσὴφ, κατεμέμφοντο, λέγοντες· σὺ τοῦτο τὸ παιδίον ἔχων, οὐ δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, ἢ δίδασκε τὸ παιδίον σου αὐτῷ εὐλογεῖν καὶ μὴ καταρᾶσθαι, ἢ ἔξελθε σὺν αὐτῷ τῶν ὧδε. Τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ.

V. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ' ἰδίαν ἐνουθέτει αὐτὸ λέγων· ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζῃ, καὶ πάσχουσιν οὕτως, καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς, καὶ διώκουσιν; εἶπεν δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ οἶδα, ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶν σά, ἀλλὰ διὰ σὲ σιγήσω· ἐκεῖνοι δὲ οἱ εἰρηκότες σοι ταῦτα οἴσουσι τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον. Καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἐτυφλώθησαν. Καὶ οἱ ἰδόντες ἐφοβήθησαν πάντες σφόδρα, καὶ ἠπόρουν, καὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι πᾶν ῥῆμα, ὃ λέγει, εἴτε καλὸν, εἴτε κακὸν, ἔργον γίνεται,

καὶ

ipsius opus (10) est promptum? Et accedentes ad Josephum parentes illius, qui interierat, conquerebantur dicentes: Tu cum puerum hunc habeas, non potes nobiscum habitare in civitate nostra. Aut doce puerum tuum ut ipse benedicat (11), non autem imprecetur, aut cum eo egredere ex his locis. Nam pueros nostros interficit.

V. Advocato igitur puero seorsum Josephus illum admonebat dicens: Quare hujusmodi facis, & sic patiuntur, oderuntque nos, ac persequuntur? Respondit Jesus: Ego novi hæc tua verba non esse (12), verum propter te tacebo: illi autem, qui hæc tibi suggesserunt, pœnas dabunt sempiternas (13). Et continuo accusatores ipsius oculis privati sunt: Quique hoc viderunt, valde cuncti sunt perterriti, & hæsitabant, dicebantque de illo, omnem sermonem qui ab ipso proferretur, sive bonum, sive malum, in opus procedere: atque mirabantur. Viso autem hoc Jesu opere, surgens Josephus auriculam ejus apprehensam vellicavit (14). Puer vero indignatus

 est,

ἐθαύμαζον. Εἰδόντες δὲ ὅτι τοῦτο ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐγερθεὶς ὁ Ἰωσὴφ, ἐπελάβετο αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ ἔτιλεν αὐτό. Τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀρκετόν σοι ἐστὶ, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα οὐ σοφῶς ἔπραξας. οὐκ οἶδας, ὅτι σός εἰμι; μή με λύπει.

VI. Καθηγητὴς δέ τις ὀνόματι Ζακχαῖος ἑστὼς ἐν μέρει τινὶ ἤκουσε τοῦ Ἰησοῦ ταῦτα λαλοῦντος τῷ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασε σφόδρα, ὅτι παιδίον ὂν τοιαῦτα φθέγγεται. Καὶ μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας, προσήγγισε τῷ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι παιδίον φρόνιμον ἔχεις, καὶ νοῦν ἔχει. Δεῦρο οὖν παράδος μοι αὐτὸ, ὅπως μάθῃ γράμματα. Καθίσαντος δὲ αὐτοῦ τοῦ διδάξαι γράμματα τῷ Ἰησοῦ, ἤρξατο τὸ πρῶτον στοιχεῖον τὸ Ἄλεφ· ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει τὸ δεύτερον στοιχεῖον, μπεθ, γχίμελ· καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ στοιχεῖα ἕως τέλους. Καὶ ἀναπτύξας βιβλίον, τοὺς προφήτας ἐδίδασκε τὸν καθηγητήν. Αὐ-

eſt, aitque illi : ſufficiat tibi, quod illi quærant, & non inveniant (15). Minime feciſti ſapienter. Nonne ſcis me tuum eſſe? (16). Ne me moleſtia afficias.

VI. Porro quidam Præceptor nomine Zacchæus, (17) cum ſtaret in aliquo loco, audivit hæc de Jeſu ex ore Patris ipſius; & miratus eſt valde, quod qui puer erat, talia loqueretur. Paucoſque poſt dies acceſſit ad Joſephum, eique dixit: Puerum cordatum habes, qui mente præditus eſt: age ergo, trade mihi illum, ut diſcat litteras. Et cum ſederet Magiſter, quo Jeſum doceret litteras, cœpit a primo elemento Aleph. Jeſus vero pronunciavit ſecundum elementum Beth, & Ghimel (18), reliquaſque litteras ad finem uſque ei protulit. Atque aperto libro, Prophetas docebat Præceptorem. Qui pudore affectus hæſit, quod neſciret unde is litteras cognoviſſet: ſurgenſque reverſus eſt domum, admirans, ſtupefactus de re incredibili.

τὸς δὲ αἰσχυνθεὶς ἠπόρησεν, ὅτι οὐκ οἶδε, πόθεν αὐτὸς οἶδε τὰ γράμματα. Καὶ ἐγερθεὶς ἀνεχώρησεν οἴκαδε θαυμάζων ἐξιστάμενος τὸ παράδοξον.

VII. Πορευομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ εἶδέ τινα ἐργαστήριον καί τινα νεανίσκον βάπτοντα εἰς λέβητας ἱμάτια καὶ τζόχας τινὰς διαφόρους φαιάς, τὸ καθέκαστον ἐκπλῶν κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἑκάστου βούλησιν. Εἰσελθὼν οὖν τὸ παιδίον Ἰησοῦς οὕτως ποιοῦντα τὸν νεανίαν λαβὼν καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν προσκειμένων ὑφασμάτων **

Explicit Fragmentum Cotelerianum.

VII. Postea cum Jesus iter faceret, vidit officinam (19), & juvenem quemdam, qui in lebetes immergebat vestes, & soccos (20) diversos coloris fusci, singula peragens juxta uniuscujusque voluntatem. Ingressus itaque puer Jesus ad juvenem sic facientem, ipse etiam accepit de appositis pannis. * *

(1) In notis ad Conſt. Apoſt. lib. VI. c. 16. (2) MS. Cæſareum ap. Lambec. lib. VII. pag. 270. ἔπαιζεν ἐπὶ διαβάσιν ῥύακος, καὶ τὰ ῥέοντα ὕδατα ῥυπαρὰ ὄντα συνήγαγεν εἰς λάκκους, καὶ ἐποίει αὐτὰ καθαρὰ εὐθέως καὶ ἐνάρετα εἶναι, λόγῳ δὲ μόνῳ καὶ οὐκ ἔργῳ ἐπιτάξας αὐτοῖς. (3) Poſſit etiam reddi, *bona*. (4) Idem mſ. ἦν δὲ σάββατον ὅτε ταῦτα ἐποίησεν παίζων καὶ πολλὰ παιδία παίζοντα σὺν αὐτῷ κ. τ. λ. (5) Negant Judæi fas eſſe extra domum vel hi-ſum portare die Sabbati. Vide quæ de hac ſuperſtitioſa illorum obſervatione notat eruditiſſimus, ingenioſiſſimus, & candidiſſimus Wagenſeilius lib. de civitate Norimbergenſi p. 127. ſeq. (6) Percuſſis aquis & motitatis diſſipavit atque effluere fecit; aut ſalicis ramo perforavit foveam, & aquis viam aperuit qua effluerent. (7) Marc. XI. 14. ubi eſt de ficu arefacta Chriſto jubente. Quod unicum eſt miraculum a genuinis Euangeliſtis relatum non beneficium. Reliqua enim omnia Chriſti miracula ſunt ἀγαθοποιά. Neque uſquam legitur Chriſtus potentia ſua uſus fuiſſe ut homini noceret, qui non ut perderet venerat, ſed ut ſalvaret mortales. Luc. IX. 56. Joh. III. 17. XII. 47. (8) Manum. Puto enim id effictum eſſe, ut credas eumdem hic notari, cuius aridam manum deinde a Chriſto adulto ſanitati reſtitutam refert Lucas VI. 8. ſeq. (9) Non vivus hinc abibis. Similis phraſis 1. Sam. XXIV. 19. (10) Dictum factum, ut

ut de Deo David Psalm. XXXIII. 9. CXLVIII. 5. (11) Non erat hoc docendus, qui ex se id unum agebat ut benefaceret Act. X. 38. (12) Utpote a parentibus pueri interfecti suggesta. (13) Longe mitiorem fuisse optimi Servatoris spiritum, clarissime apparet in re longe majoris momenti Luc. IX. 55. (14) h. e. in memoriam ipsi revocavit superius monitum. Vide Erasmum proverbio *aurem vellere*. Mos ille usitatus etiam apud Germanos, ut nuper ostendit auctor Historiæ Coburgicæ l. 1. c. 20. occasione diplomatis cujusdam, in quo testes & alii præsentes plurimi Bavarico more memoriæ causa per aurem tracti dicuntur. (15) Si nempe nocere nobis velint. (16) Adeoque pro te staturum, neque in ulla re tibi hucusque adversum. (17) Hoc nomen occurrit etiam in Euangelio Infantiæ ex Arabico translato, c. 48. sed omittitur apud Irenæum, simile quid narrantem, & apud Scriptorem arabem Kessæum. E quo narrationem geminam affert Clariss. Sikius in notis p. 68. (18) Græci quidam recentiores ita pronunciant litteras hasce, uti in Græco expressum vides, & e ms. edidere Cotelerius loco laudato; ac Simonius lib. 1. Novarum Observatt. in N. T. c. 1. pag. 5. μπὶϑ, γκίμελ (19) Tinctoriam. Confer Euangelium Infantiæ ex Arabico versum c. 37. (20) pannos. Vide Cangii Glossarium in τζόχα.

Expliciunt Fabricii Notæ.

Θωμᾶ Ἰσραηλίτου Φιλοσόφου

ῥητὰ

εἰς τὰ παιδικὰ τοῦ Κυρίου.

I. ANαγγέλω (a) ὑμῖν ἐγὼ Θωμᾶς Ἰσραηλίτης πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρίσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅσα ἐποίησεν γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν· οὗ (b) ἡ ἀρχὴ οὕτως.

II. Τοῦτο τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς, πενταετὴς γενόμενος, παίζων ἦν ἐν διαβάσει ῥύακος· καὶ τὰ ῥέοντα ὕδατα συνήγαγεν εἰς λάκκους· Καὶ ἐποίη (c) αὐτὰ εὐθέως καθαρά· καὶ λόγῳ μόνῳ ἐπέταξεν αὐτά· καὶ ποιήσας πυλὸν (d) τερφερὸν (e), ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία ιβ΄. Καὶ ἦν σάββατον, ὅτι (f) ταῦτα ἐποίησεν·

ἦσαν

(a) lege ἀναγγέλλω. (b) l. οὗ, vel potius ὧν. (c) l. ἐποίει. (d) l. πηλόν. (e) l. τρυφερόν. (f) l. ὅτε.

Thomæ Israelitæ Philosophi (1).

Liber

De Infantia Domini (2),

seu

De his quæ adhuc puer patravit Dominus.

I. ANnuncio vobis (3) ego Thomas Israelita omnibus ex Ethnica *superstitione conversis*, ut sciatis (4) magnalia (5) pueritiæ (6) Domini nostri Jesu Christi, quæcumque fecit genitus in regione nostra (7). Hoc autem est initium.

II. Puer hic Jesus, quum quinquennis (8) esset, ludebat in vado rivi, & præterfluentes aquas in foveas congregavit, & continuo eas mundas fecit, & verbo dumtaxat illas percussit (9). Quumque molle lutum fecisset, duodecim ex eo passeres efformavit. Et erat sabbatum quum hæc fecit. Aderant vero alii quoque multi pueri ludentes cum illo. Quum vero Judæus quidam vidisset quæ faciebat Jesus, quod Sabbato luderet, abiit statim, & renunciavit patri ejus Josepho: Ecce filius tuus est ad rivum (10), & sumpto luto duodecim passeres (11) formavit,

 & sab-

ἦσαν δὲ καὶ ἄλλα παιδία πολλὰ παί-
ζοντα σὺν αὐτῷ. Ἰδὼν δέ τις Ἰουδαῖος
ἃ ἐποίει ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐν σαββάτῳ
παίζων, ἀπῆλθεν παραχῆμα (a)
καὶ ἀνήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσήφ·
ἰδοὺ τὸ παιδίον σου ἐστι ἐπὶ τὸ ῥέακον
(b) καὶ λαβὼν πυλὸν (c) ἔπλασεν
πουλία ιβ΄. καὶ ἐβεβήλωσεν τὸ σάβ-
βατον· καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν
τόπον καὶ ἰδὼν, ἀνέκραξεν αὐτῷ λέ-
γων· διὰ τί ταῦτα ποιεῖς ἐν σάβ-
βατον, ἃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν; ὁ δὲ Ἰη-
σοῦς συγκροτήσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ,
ἀνέκραξεν τοῖς στροθίοις (d) καὶ εἶπεν
αὐτοῖς· ὑπάγεται (e)· καὶ πετασθέντα
τὰ στρουθία, ἤπηγον κράζων (f).
Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ἐθαμβήθη-
σαν. καὶ ἀπελθόντες, διήγησαν τοῖς
πρώτοις αὐτῶν· ὅπερ οἶδον (g) πε-
ποιηκότα τὸν Ἰησοῦν.

III. Ὁ δὲ υἱὸς Ἄννα γραμματεὺς
ὢν ἐστὼς ἐκεῖ μετὰ τοῦ Ἰωσήφ· καὶ λα-
βὼν

(a) l. παραχρῆμα. (b) l. ῥύακον. (c) l. πηλόν. (d) l. στρουθίοις. (e) l. ὑπάγετε. (f) l. ὑπῆγον κράζοντα. (g) l. εἶδον.

& sabbatum profanavit. Et veniens Josephus in eum locum, & videns, clamavit ad eum dicens: quare hæc facis Sabbato (12), quæ facere non licet? Jesus autem complodens manus, clamavit ad passeres, & dixit eis: abite: & volantes abierunt passeres cum clamore. Videntes autem Judæi admirati sunt, & abeuntes narraverunt primoribus ipsorum id quod viderant facientem Jesum.

III. Filius vero Annæ scribæ (13) stans ibi cum Josepho, & sumens ramum filicis, effudit aquas, quas Jesus congregaverat. Videns autem Jesus quod factum est, iratus est, & dixit ei: *homo* inique, impie, & stulte, quanam te injuria affecerunt (14) fos-

sæ,

βῶν κλάδων (a) ἰτέας, ἐξέχεε τὰ ὕδατα ἃ συνήγαγεν ὁ Ἰησοῦς· ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὸ γινόμενον, ἠγανάκτησεν· καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν· ἄδικε, ἀσεβεῖ (b), καὶ ἀνόητε· τί ἠδίκησάν (c) σε οἱ λάκκοι καὶ τὰ ὕδατα; ἰδοὺ νῦν καὶ σὺ ὡς δένδρον ἀποξηρανθεῖς (d) καὶ οὐ μὴ ἐνέγκεις (e) φύλλα, οὔτε ῥίζαν, οὔτε καρπόν. καὶ εὐθέως ὁ παῖς ἐκεῖνος ἐξηράνθη ὅλος. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ἰωσήφ· οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ξηρανθέντος, ἐβάστασαν αὐτὸν θρηνοῦντες τὴν νεότηταν αὐτοῦ· καὶ ἤγαγον πρὸς τὸν Ἰωσήφ· καὶ ἐνεγκάλουν (f) αὐτὸν, ὅτι τοιοῦτον ἔχεις παιδίον ἐργαζόμενον τοιαῦτα.

IV. Εἶτα πάλιν ἐπορεύετο διὰ τῆς κόμης (g)· καὶ παιδίον τρέχων (h) διεράγει (i) εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ. καὶ πικρανθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· οὐκ ἀπε-

(a) l. κλάδον. (b) l. ἀσεβὴς, vel ἀσεβές.
(c) l. ἠδίκησαν. (d) l. ἀποξηρανθῇς.
(e) l. ἐνέγκῃς. (f) l. ἐνεκάλουν.
(g) l. κώμης. (h) l. τρέχον.
(i) l. διερράγη.

sæ, & aquæ? Ecce nunc tu quoque sicut arbor arescas, & non afferas folia, nec radicem, neque fructum. Et statim puer ille exaruit totus (15). Jesus vero recessit, & abiit in domum Josephi. Parentes autem *pueri*, qui aridus factus fuerat, portaverunt eum lugentes ejus juventutem (16); & tulerunt *eum* ad Josephum, & incusabant (17) illum quod talem haberet filium, talia facientem.

IV. Ibat deinceps rursus per vicum, & puer currens irrupit in humerum ejus. Et exacerbatus Jesus dixit ei: non abibis per viam tuam: & statim cecidit puer, & mortuus est. Videntes autem nonnulli quod factum fuerat, dixerunt: Undenam hic puer genitus est? quoniam omne verbum ejus opus fit promptum. Et accedentes parentes illius, qui interierat, ad Josephum, dixerunt (18): Tu talem habes filium; no-

ἀπελθόντει (a) τὴν ὁδὸν σου· καὶ παραχρῆμα πεσὸν ἀπέθανεν. Ἰδόντες δέ τινες τὸ γενόμενον, εἶπον· πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη; ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ, ἔργον ἐστὶ ἕτοιμον· καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσὴφ λέγοντες· σὺ τοιοῦτον παιδίον ἔχεις, οὐ δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ κώμῃ· ἢ δίδασκε αὐτὸν εὐλογεῖν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι· τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατεῖ (b).

V. Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον, κατ' ἰδίαν ἐνουθέτει αὐτὸν λέγων· ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζει (c), καὶ πάσχουσιν οὗτοι καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς, καὶ διώκουσιν; εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· ἐγὼ οἶδα, ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα ἐμὰ οὐκ εἰσίν· ἀλλὰ σά· ὅμως σιγήσω διὰ σέ. ἐκεῖνοι δὲ, ἤσουσιν (d) τὴν κόλασιν αὐτῶν· καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἀπετυφλώθησαν· καὶ ἰδόντες, ἐφοβήθησαν σφόδρα· καὶ ἠπόρουν, καὶ ἔλεγον περὶ

αὐτοῦ

(a) l. ἀπελθόντι. (b) l. θανατοῖ.
(c) l. κατεργάζῃ. (d) l. οἴσουσι.

nobiscum habitare non potes in vico: aut doce illum benedicere, & non maledicere: nam pueros nostros interficit.

V. Et vocans Josephus ad se puerum seorsum illum admonebat dicens: quare hæc facis, & hi patiuntur, & odio habent nos, & persequuntur? Dixit autem Jesus: Ego novi, quod hæc tua verba non sunt mea, sed tua (19): tamen tacebo propter te: illi vero pœnam subibunt. Et statim qui eum accusabant, cæci facti sunt. Et qui viderunt, timuerunt valde, & hæsitabant, & dicebant de illo, quod omne verbum ab eo dictum sive bonum, sive malum, fiebat opus, & miraculum evadebat. Quum vidissent (20) autem, quod talia fecisset Jesus, surgens *Josephus* apprehendit ejus auriculam, & vehementer *eam* vellit. Puer autem iratus est, & dixit ei: Sufficit tibi quærere, & non invenire (21): insipientissime operatus es (22): nonne nostri

αὐτῷ· ὅτι πᾶν ῥῆμα ὁ ἐλάλη (a), ἤτε (b) καλὸν εἴτε κακὸν, ἔργον ἦν, καὶ θαῦμα ἐγένετο· ἰδόντες δὲ ὅτι τοιοῦτον ἐποίησεν ὁ ἰησοῦς· ἐγερθεὶς ἐπέλαβεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ ἔτειλεν σφόδρα· τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀρκετόν σοι ἐστὶν, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν· μάλιστα ὅτι σοφῶς ἐπράξας· οὐκ οἶδας ὅτι σός· μή με λυπεῖ (c)· σὸς γὰρ εἰμή (d).

VI. Καθηγητής δέ τις ὀνόματι ζακχαῖος, ἑστὼς ἐν μέρει, ἤκεσε (e) τοῦ ἰησοῦ ταῦτα λαλοῦντα (f) τοῦ παρὰ αὐτοῦ. καὶ ἐθαύμασεν σφόδρα ὅτι παιδίον ὢν, τοιαῦτα φθέγγεται· καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας προσήγγισαι (g) τοῦ ἰωσὴφ καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὅτι νῦν ἔχεῖ (h), καὶ φρόνιμον ἔχεις παιδίον· δεῦρο παράδος μοι αὐτὸ, ὅπως μάθω (i) γράμματα· καὶ ἐγὼ διδάξω αὐτό.

(a) l. ἐλάλει. (b) l. εἴτε. (c) l. ex Cotelerio: σός εἰμι· μή με λύπει. (d) l. εἰμί. (e) l. ἤκουσε. (f) l. τοῦ ἰησοῦ ταῦτα λαλοῦντος. (g) l. προσήγγισε. (h) videtur legendum ἔχει. (i) l. μάθῃ.

sti me tuum esse? ne me molestia af-ficias: tuus enim sum.

VI. Præceptor vero quidam, nomine Zacchæus (23), seorsum stans audiit Jesum hæc dicentem patri suo, & miratus est valde, quod quum puer esset, talia loqueretur. Et paucos post dies accessit ad Josephum, & dixit ei: Mente præditus est *puer tuus*, & filium habes cordatum: age trade illum mihi, ut discat litteras: & ego docebo eum una cum litteris quamlibet scientiam. Et vocat omnes seniores, & honorantes eum (24) coætaneos. Et dixit ei omnes litteras ab alpha usque ad o mega (25), dilucide singulas expendens, atque accurate. Intuens autem magistrum Zacchæum dicit ei (26): tu quum litteræ alpha naturam ignores, quomodo alios doces litteram beta? Hypocrita doce prius, si nosti, litteram alpha, &

αὐτὸ, μετὰ τῶν γραμμάτων πᾶσαν ἐπι-
στήμην· καὶ προσαγορεύει πάντας τοὺς
πρεσβυτέρους· καὶ τιμᾶν αὐτοὺς συνη-
λικιώτας· καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ
γράμματα, ἀπὸ τοῦ ᾱ ἕως τοῦ ω̄, με-
τὰ πολλῆς ἐξετάσεως σαφῶς· ἐμβλέ-
ψας δὲ τῷ καθηγητῇ Ζακχαίῳ λέγει
αὐτῷ· σὺ τὸ ἄλφα μὴ εἰδὼς κατα-
φύσιν (a), τὸ βῆτα πῶς ἄλλους δι-
δάσκεις; ὑποκριτὰ, πρῶτον εἰ οἶ-
δας, δίδαξον τὸ ᾱ. καὶ τότε σοι
πιστεύσωμεν (b) περὶ τοῦ β̄. εἶτα ἤρ-
ξαντο (c) ἀποστομίζειν τὸν διδάσκαλον
περὶ τοῦ πρώτου γράμματος· καὶ οὐκ
ἴσχυσεν αὐτῷ ἀνταποκριθῆναι· ἀκουόν-
των δὲ πολλῶν, λέγει τὸ παιδίον τῷ
Ζακχαίῳ· ἄκουε διδάσκαλε τὴν τοῦ
πρώτου στοιχείου τάξιν. καὶ πρόσχες
ὧδε πῶς ἔχει κανόνας. καὶ μέσα χα-
ρακτῆρας· οὓς ὁρᾷ ξυνοὺς διαβαίνοντας·
συναγομένους· ὑψουμένους. χορεύοντας.
βάλε φεύγουντας· τρισήμους· ὁμο-
γενεῖς·

(a) l. κατὰ φύσιν. (b) l. πιστεύσομεν.
(c) l. ἤρξατο.

& tunc tibi credemus *dicenti* de littera beta. Postea cœpit urgere *interrogationibus* magistrum de prima littera: & non potuit respondendo ei satisfacere. Audientibus autem multis dicit puer Zacchæo: audi magister positionem primi elementi, & attende (27) * * * *

VII.

γλυεῖς· ὑπαρπυχθέ. ζυγοστάτυς. ἰσομέτρυς κανόνας ἔχει τὰ ᾱ.

VII. Ὡς δὲ ἤκυσεν ὁ διδάσκαλος Ζακχαῖος τὰς τοσαύτας καὶ τοιαύτας ἀλληγορίας τοῦ πρώτυ γράμματος εἰρηκότος τοῦ παιδὸς, ἠπόρησεν ἐπὶ τοσαύτην ἀπολογίαν καὶ διδασκαλίαν αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν τοῖς παρῦσιν· οἴμοι· ἠπορώθην (a) ὁ τάλας ἐγὼ ἐμαυτῷ αἰσχιώνης (b) παρέχων ἐπισπασμένος τὸ παιδίον τοῦτο· ἆρον αὐτὸ, παρακαλῶ σε ἀδελφὲ Ἰωσήφ. οὐ φέρω τὸ αὐστηρὸν τοῦ βλέμματος αὐτοῦ· οὐ τρανῶ τὸν λόγον ἅπαξ. τοῦτο τὸ παιδίον, γηγευὴς (c) οὐκ ἦν· τοῦτο δύναται καὶ πῦρ δαμᾶσε (d)· τάχα τοῦτο, πρὸ τῆς κοσμοποιΐας ἐστὶ γεγεννημένον· ποία γαστὴρ τοῦτο ἐβάστασεν· ποία δὲ μήτρα τοῦτο ἐξέθρεψε· ἐγὼ ἀγνοῶ· οἴμοι φίλε ἐξήχει με· οὐ παρακολυθήσω τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ. ἠπάτησα ἑαυτὸν (e) ὁ τρισ-

(a) l. ἠπορήθην. (b) l. αἰσχύνην.
(c) lege γηγενής.
(d) lege δαμᾶσαι. (e) l. ἐμαυτόν.

VII. Ut audivit (28) autem magister Zacchæus tantas ac tales primæ litteræ allegorias dicentem puerum, hæsitavit ad tantam apologiam, & doctrinam ejus: & dixit his qui aderant: heu mihi: in angustias redactus sum miser ego, mihimetipsi dedecus comparans, attrahendo *ad me* puerum hunc. Tolle illum, obsecro te, Josephe frater: severitatem obtutus illius ferre nequeo: ejus sermonem (29) *ne* semel *quidem* declarare *queo*. Hic puer in terra natus non fuit: hic vel ignem perdomare potest: hic fortasse antequam mundus fieret, genitus est: quinam venter eum portarit, & quinam uterus eum enutrierit, ego ignoro: heu mihi, amice, doce me (30): non sequar mentem ejus: decepi me ipsum miserrimus ego: conatus sum discipulum habere, & inveni me habere præceptorem: video, amici, probrum *meum*, quod quum senex sim, a puerulo victus fui: & ob hunc puerum animum despondebo, & moriar: neque enim hac hora ejus oculos intueri possum: & quum omnes dixerint, me a parvo puello victum esse, quid possim dicere, & quid differere de lineis, seu canonibus primi elemen-

τρισάθλιος ἐγώ· ἠγονιζόμην ἔχειν μαθητὴν, καὶ ηὑρέθην ἔχειν διδάσκαλον· ἐνθυμοῦμαι φίλοι τὴν αἰσχύνην, ὅτι γέρων ὑπάρχει, ὑπὸ παιδίου ἐνικήθει (a)· καὶ ἔχω ἐκκακῆσαι καὶ ἀποθανεῖν, διὰ τοῦτο (b) τοῦ παιδὸς. οὐ δύναμαι γὰρ ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ βλέψαι εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ. καὶ πάντων εἰπόντων, ὅτι ἐνικήθην ὑπὸ παιδίου μικροῦ, τί ἔχω εἰπεῖν, καὶ τὸ (c) διηγήσασθαι· περὶ ὧν μοι εἶπεν κανόνων τοῦ πρώτου στοιχείου· ἀγνοῶ ὦ φίλοι· οὐ γὰρ ἀρχὴν καὶ τέλος αὐτοῦ οὐ γινώσκω· τοιγαροῦν ἀξιῶ σε ἀδελφὲ ἰωσὴφ, ἀπάγαγε αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον σου· τοῦτο τί ποτε μέγα ἐστίν. ἢ θεὸς, ἢ ἄγγελος· ἢ τί εἴπω, οὐκ οἶδα.

VIII. Τῶν δὲ ἰουδαίων παραινούντων τῷ ζακχαίῳ· ἐγέλασεν τὸ παιδίον μέγα, καὶ εἶπεν· νῦν καρποφορείτωσαν τὰ σά· καὶ βλεπέτωσαν οἱ τυφλοὶ τῇ καρδίᾳ· ἐγὼ ἄνωθεν πάρειμι.

(a) l. ἐνικήθη. (b) l. τούτου, vel διὰ τοῦτο τὸ παιδίον. (c) l. τι.

ti, de quibus mihi locutus est, ignoro, amici: nam initium & finem ejus non novi: itaque rogo te Josephe frater, educ illum in domum tuam; iste magnum quiddam est, aut Deus, aut Angelus, aut quid dicam nescio.

VIII. Quum vero Judæi Zacchæum probro afficerent (31), risit magnopere puerulus, & dixit: nunc tua fructum afferant, & cæci corde, videant; ego ex superioribus (de cœlo) adsum, ut iis maledicam, & ad superiora (ad cœlum) *eos* vocem, sicut præcepit qui misit me propter vos. Quumque puer sermonem absolvisset, statim salvi fa-

εἰμι ἵνα αὐτοὺς καταράσομαι (a)·
ἐ εἰς τὰ ἄνω καλέσω, καθὰ διε-
τάξατο ὁ ἀποστείλας με δι' ἡμᾶς. καὶ
ὡς τὸ παιδίον κατέπαυσε τὸν λόγον,
εὐθέως ἐσώθησαν οἱ πάντες οἱ ὑπὸ
τὴν κατάραν αὐτοῦ πεσόντες· καὶ οὐδ-
εἰς ἀπὸ τότε ἐτόλμα παροργῆσαι (b)
αὐτὸν, ὅπως μὴ καταράσεται (c)
αὐτὸν καὶ ἔσαι ἀνάπηρος.

IX. Καὶ μεθ' ἡμέρας δέ τινας,
ἔπαιζεν ὁ Ἰησοῦς ἔν τινι δώματι ἐν
ὑπερώῳ. καὶ ἐν τῶν παιδίων τῶν παι-
ζόντων μετ' αὐτοῦ, πεσὼν (d) ἀπὸ
τοῦ δώματος κάτω ἀπέθανε. καὶ ἰδόντα
ἄλλα παιδία ἔφυγον. καὶ κατέβη ὁ
ἰησοῦς μόνος. καὶ ἐλθόντα (e) οἱ
γονεῖς τοῦ παιδίου, ἦγον τοῦ τεθνεῶ-
τος, ἐνεγκάλουν ὡς αὐτὸν καταβλη-
θέντα αὐτόν· ἐκεῖνοι δὲ ἐπειρεάζωντο
(f) αὐτόν· Κατεπήδησεν ὁ ἰησοῦς
ἀπὸ τοῦ σέατος καὶ ἔση παρὰ τὸ πτῶ-
μα

(a) l. καταράσωμαι. (b) l. παρογγίσαι.
(c) l. καταράσηται. (d) πεσόν.
(e) l. ἐλθόντες. (f) l. ἐπηρεάζοντο;
vel ἐπηρέαζον.

cti sunt omnes, qui sub ejus maledictione ceciderant. Et nemo ex eo tempore audebat eum ad iracundiam provocare, ne malediceretur ab eo, (32) & mutilus fieret.

IX. Post aliquot vero dies ludebat Jesus in quadam domo in parte superiori (33), & unus ex pueris, qui cum eo ludebant, ex domo deorsum cadens mortuus est: & alii pueri hoc videntes fugerunt: & descendit solus Jesus: quumque venissent parentes pueri, nempe ejus qui obierat, incusabant (34) eum quasi puerum deorsum dejecisset: ipsi vero eum insectabantur. Desiliit Jesus propter adipem, (35), & stetit ad cadaver pueri, & clamavit voce magna, & dixit: Zeno (hoc enim erat illi nomen), surge & dic mihi: num ego te dejeci? Et surgens statim dixit: minime Domine; non me dejecisti, sed resuscitasti. Et qui viderunt, obstupefacti sunt. Parentes autem pueri glorificaverunt Deum propter miraculum quod factum fuerat, & adoraverunt Jesum.

μα τοῦ παιδίου· καὶ ἔκραξε φωνὴ μεγάλῃ (a) καὶ εἶπε· Ζήνων· οὕτω γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκαλεῖτο· ἀναστὰς εἰπέ μοι· ἐγώ σε κατέβαλον; καὶ ἀναστὰς παραχρῆμα εἶπεν· οὐχὶ κύριε· οὐ κατέβαλας (b), ἀλλὰ ἀνέστησας· καὶ ἰδόντες, ἐξεπλάγησαν· οἱ δὲ γονεῖς τοῦ παιδίου, ἐδόξασαν τὸν θεὸν ἐπὶ τὸ (c) γεγονότι σημεῖον (d)· καὶ προσεκύνησαν τῷ ἰησοῦ.

X. Μετ' ὀλίγας ἡμέρας, σχίζων τις ξύλα ἐν τῇ γονία (e) νεώτερος, καὶ ἔπεσεν ἡ ἀξιών (f) καὶ διέσχισεν τὴν βάσιν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ. καὶ ἐξ αἵματος γενόμενος, ἀπέθνησκε· θορύβου δὲ γενομένου καὶ συνδρομῆς, ἔδραμε καὶ τὸ παιδίον ὁ ἰησοῦς ἐκεῖ. καὶ βιασάμενος διῆλθεν τὸν ὄχλον· καὶ ἐκράτησε τοῦ νεανίσκου τὸν πεπληγότα πόδαν, καὶ εὐθέως ἰάθη· εἶπε δὲ τὸ νεανίσκον (g). ἀνάστα (h), νῦν σχίζε τὰ ξύλα, καὶ μνημόνευέ μου·

(a) l. φωνῇ μεγάλῃ. (b) l. κατέβαλες.
(c) l. τῷ. (d) l. σημείῳ. (e) l. γωνίᾳ.
(f) ἀξίνη. (g) l. τῷ νεανίσκῳ.
(h) Fortasse legendum ἀναστάς.

X. Post paucos dies quidam adolescens ligna findebat in angulo, & cecidit securis, & discidit basim pedis ejus, & factus exanimis (36) mortuus est. Quum vero tumultus, & concursus factus esset, *illuc* cucurrit etiam puer Jesus, & vim faciendo permeavit turbam, & apprehendit pedem (37) sauciatum adolescentuli, & statim sanatus est. Dixit autem adolescentulo: surge, nunc finde ligna, & memento mei. Turba vero quum vidisset quod contigerat, puerum hunc adoravit.

μου· ὁ δὲ ὄχλος ἰδὼν τὸ γεγονὸς προσεκυνήσαν τὸ παιδίον τοῦτο (a).

XI. Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἑξαετοῦς, πέμπει δὲ αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ὕδωρ ἀτλῆσαι (b), καὶ φέρειν ἐν τῷ οἴκῳ. δεδωκῶς (c) αὐτῷ ὑδείαν. ἐν δὲ τῷ ὄχλῳ συγκρούσας, ἡ ὑδεία ἐρράγη· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἁπλώσας τὸ πάλιον ὅνπερ (d) ἦν βεβλημμένος (e), ἐγέμησεν αὐτὸ ὕδωρ (f) καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ἰδοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸ γεγονὸς σημεῖον, κατεφίλησεν αὐτόν. καὶ διετήρει ἐν αὐτῇ τὰ μυστήρια ἃ ἔβλεπεν αὐτὸ (g) ποιοῦντα.

XII. Πάλιν δὲ ἐν καιρῷ τοῦ σπόρου ἐξῆλθεν τὸ παιδίον μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἵνα σπείρει (h) σῖτον εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ ἐν τῷ σπείρειν τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἔσπειρε καὶ τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς, ἕνα κόκκον σίτου.

καὶ

(a) sic habet codex. (b) l. ἀντλῆσαι.
(c) l. δεδωκυῖα. (d) l. ὅπερ.
(e) fortasse legendum βεβλημένος.
(f) l. ὕδατος. (g) l. αὐτόν. (h) leg. σπείρῃ.

XI. Quum vero ipſe ſexennis eſſet, miſit eum mater ejus ad hauriendam aquam, quam ferret domum, dans illi hydriam (38): quumque in turba colliſa eſſet hydria, diſrupta eſt. Jeſus autem expanſo pallio, quo erat induutus (39), illud implevit aqua, & tulit ad matrem ſuam. Videns autem mater ejus miraculum quod factum fuerat, oſculata eſt eum, & conſervabat intra ſe ipſam myſteria, quæ videbat eum facientem.

XII. Rurſus autem ſementis tempore exiit puer cum patre ſuo ad ſeminandum triticum in eorum regione: dumque pater ejus ſereret, ſeminavit etiam puer Jeſus unum tritici granum: & metens, atque in aream vehens fecit centum coros. Et convocatis omnibus pagi pauperibus in aream, dono eis dedit frumentum. Et Joſephus tulit quod reliquum fuit frumenti. Erat autem annorum octo, quum hoc miraculum patravit.

ϗ θεείσας ϗ ἀλονήσας (a), ἐποίησε κάρυς (b) ρʹ. ϗ καλέσας πάντας τοὺς πτωχοὺς τοῦς κώμης εἰς τὸν (c) ἄλωνα, ἐχαρίσατο αὐτοῖς τὸν σῖτον· ϗ ἰωσὴφ ἔφερεν τὸ καταλειφθὲν τοῦ σίτου· ἰῶ δὲ ἐτῶν ηʹ, ὅτε τοῦτο ἐποίησας (d) τὸ σημεῖον.

XIII. Ο' δὲ πατὴρ αὐτοῦ τέκτων ἰῶ ἐποίη (e) ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄροτρα ϗ ζυγοὺς. ἐπετάγει (f) αὐτῷ κράββατος παρά τινος πλουσίου ὅπως ποιήσει (g) αὐτῷ· τοῦ δὲ ἑνὸς κανόνος τοῦ καλουμένου ἐναλλάκτου μὴ ἔχοντος τί ποιῆσαι· εἶπε τὸ παιδίον ὁ ἰησοῦς τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ ἰωσήφ. θὲς κάτω τὰ δύο ξύτα (h) ἐκ τοῦ μέσου μέρους, ἰσοποίησον αὐτά· ϗ ἐποίησεν ἰωσὴφ, καθὼς εἶπεν αὐτῷ τὸ παιδίον· ἔστη δὲ ὁ ἰησοῦς ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους, ϗ ἐκράτησεν τὸ κωλοβώτερον ξύτον (i), ϗ ἐκτείνας αὐτὸ, ἴσον ἐποίησεν.

(a) l. ἀλονήσας, vel ἀλωνίσας.
(b) lego κόρυς. (c) l. τὴν.
(d) l. ἐποίησε. (e) l. ὢν ποιεῖ.
(f) l. ἐπετάγη. (g) l. ἐποίησῃ.
(h) l. ξύλα. (i) l. κολοβώτερον ξύλον.

XIII. Pater autem ejus quum faber esset (40), faciebat eo tempore aratra, & juga (41). Et jussus est a quodam divite grabatum facere. Quumque una regula ejus, quod vocatur *enallactum* (42), non posset utilis esse ad opus (43), dixit puer Jesus patri suo Josepho: deorsum pone duo ligna (44), & ex media parte fac ea æqualia: & fecit Josephus sicut dixit ei puer. Stabat autem Jesus ex altera parte, & apprehendit lignum (45), quod magis mutilum erat: & extendens illud, alteri æquale ipsum fecit. Et videns pater ejus Josephus miratus est, & amplexus puerum osculatus est dicens: felix sum, quia hunc puerum dedit mihi Deus.

σεν αὐτοῦ ἄλλυ (a). καὶ εἶδεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἰωσὴφ, ἐθαύμασε. καὶ περιλαβὼν τὸ παιδίον, κατεφίλησε λέγων. μακάριος εἰμὶ, ὅτι τὸ παιδίον τοῦτο δέδωκέ μοι ὁ θεός.

XIV. Ἰδὼν δὲ ἰωσὴφ τὸν νοῦν τοῦ παιδίου καὶ τὴν ἡλικιότητα ὅτι ἀκμάζει, πάλιν ἐβουλεύσατο, μὴ εἶναι αὐτὸ ἄπειρον τῶν γραμμάτων· καὶ ἀπαγαγὼν αὐτὸ, παρέδωκαν (b) ἑτέρῳ διδασκάλῳ. εἶπε δὲ ὁ διδάσκαλος τῷ ἰωσὴφ· πρῶτον παιδεύσω αὐτὸ τὰ ἑλληνικά· ἔπειτα τὰ ἑβραϊκά· ἴδει (c) γὰρ ὁ διδάσκαλος τὴν πεῖραν τοῦ παιδίου, καὶ ἐφοβήθη αὐτό· ὅπως γράψας τὸν ἀλφάβητον, ἐπετήδευεν αὐτὸ ἐπὶ πολλὴν ὥραν, καὶ οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτῷ. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. εἰ ὄντως διδάσκαλος εἶ, καὶ εἰ οἶδας καλῶς τὰ γράμματα, εἰπέ μοι τοῦ ἄλφα τὴν δύναμιν· κἀγώ σοι ἐρῶ τὴν τοῦ βῆτα. πικρανθεὶς δὲ ὁ διδάσκαλος, ἔκρουσεν αὐτοῦ εἰς τὴν κεφαλήν·

(a) l. αὐτὸ ἄλλο. (b) l. παρέδωκεν.
(c) l. ᾔδει.

XIV. Videns autem Josephus mentem pueri, & ætatem (46), nam adolescebat, rursus statuit, ut non esset litterarum expers; & educens eum tradidit alteri præceptori. Dixit autem præceptor Josepho: prius docebo eum græca, deinde hebraica: noverat enim magister peritiam pueri, & timuit eum: & scribens alphabetum, exercuit (47) illum ad longam horam, & non respondit ei. Dixit autem illi Jesus: Si vere magister es, ac si recte litteras nosti, dic mihi vim litteræ alpha, & ego tibi dicam vim litteræ beta (48). Exacerbatus vero magister, pulsavit & percussit eum in capite. Puer autem moleste ferens maledixit ei (49), & statim exanimis humi procidit in faciem. Reversusque est puer in domum Josephi. Josephus autem mœrore affectus est, & matri ejus mandavit: ne extra januam illum ire sinas, nam qui eum ad iram provocant, moriuntur.

λίω· τὸ δὲ παιδίον πονέσας (a), κατηράσατο αὐτόν. καὶ εὐθέως ἐλυποθύμησεν καὶ ἔπεσεν χαμαὶ ἐπὶ πρόσωπον· ἀπεστράφλω (b) δὲ τὸ παιδίον εἰς τὸν οἶκον ἰωσήφ· ἰωσὴφ δὲ ἐλυπήθη, καὶ παρήγγειλε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ὅπως ἔξω τῆς θύρας μὴ ἀπολύσεις αὐτόν· διότι ἀποθνήσκουσιν οἱ παροργίζοντες αὐτόν.

XV. Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ, ἕτερος πάλιν καθηγητὴς, γνήσιος φίλος ἰω (c) τοῦ ἰωσήφ· εἶπεν αὐτῷ· ἄγαγέ μοι τὸ παιδίον εἰς τὸ παιδευτήριον· ἴσως ἂν διωνηθῶ ἐγὼ μετὰ κολακίας (d) διδάξω αὐτὸ τὰ γράμματα· καὶ εἶπεν ἰωσὴφ εἰς (e) θαῤῥεῖς ἀδελφὲ, ἔπαρον αὐτὸ μετὰ σεαυτοῦ· καὶ λαβὼν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ, μετὰ φόβου καὶ ἀγόνου (f) πολλοῦ· τὸ δὲ παιδίον, ἡδέως ἐπορεύετο. καὶ εἰσελθὼν θρασυῶς (g) τὸ διδασκαλεῖον.

(a) leg. πονέσαν. (b) lego ἀπεστράφη. (c) l. ὢν. (d) l. κολακείας. (e) l. εἶ. (f) lege, si placet ἀγῶνος, quamvis vox sit barbara. (g) l. εἰσελθὼν θρασὺ εἰς.

XV. Post aliquantum vero temporis alter rursus præceptor, germanus Josephi amicus, dixit ei: duc mihi puerum ad gymnasium: fortasse ego eum docebo, si potero, litteras cum blanditiis. Et dixit Josephus: si audes, frater; tolle eum tecum: & secum sumsit eum cum timore & mœrore: puer autem alacriter ibat: &, ingrediens confidenter in gymnasium, invenit librum in pluteo jacentem, & sumens eum non legebat litteras in eo scriptas, sed aperiens os suum loquebatur Spiritu sancto, & legem docebat circumstantes: & audientes eum admirabantur præclaram illius doctrinam, & promptos ejus sermones, quod infans talia loqueretur. Audiens autem *hoc* Josephus timuit, & cucurrit festinanter (50). Dixit autem Josepho magister: Ut videas, frater quod ego,

qui-

λεῖον, εὗρεν βιβλίον κείμενον ἐν τῷ ἀναλογίω (a)· καὶ λαβὼν αὐτὸ, οὐκ ἀνεγίνωσκε τὰ γράμματα τὰ ἐν αὐτῷ· ἀλλὰ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐλάλει πνεύματι ἁγίω· καὶ ἐδίδασκεν τὸν νόμον τοὺς περιεστῶτας. καὶ ἀκούοντες αὐτοῦ καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῇ ὡραιότητι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. καὶ τῇ ἑτοιμασίᾳ τῶν λόγων αὐτοῦ· ὅτι νήπιον τοιαῦτα φθέγγεται. ἀκούσας δὲ Ἰωσὴφ ἐφοβήθη καὶ ἔδραμεν ἄπειρος. εἶπε δὲ ὁ καθηγητὴς τῷ Ἰωσήφ· ἵνα ἴδῃς ἀδελφὲ, ὅτι ἐγὼ μὲν παρέλαβον τὸ παιδίον, ὡς μαθητήν. αὐτὸ δὲ, πολλῆς χάριτος καὶ σοφίας μεστὸν ἐστίν· καὶ λοιπὸν, ἀξιῶσαι (b) ἀδελφὲ· ἆρον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον σου· ὡς δὲ ἤκουσεν τὸ παιδίον ταῦτα, εὐθέως προσεγέλασεν αὐτῷ καὶ εἶπεν· ἐπειδὴ ὀρθὸς (c) ἐλάλησας, καὶ ὀρθῶς ἐμαρτύρησας, διὰ σὲ κἀκεῖνος ὁ πληγωθεὶς, ἰαθήσεται· καὶ παραυτα, ἰάθη.

(a) lego ἐν τῷ ἀναλογείῳ. (b) Videtur legendum ἀξιῶ σε. (c) l. ὀρθῶς.

quidem puerum accepi ut discipulum, ipse vero multa gratia, ac sapientia plenus est, rursus rogo te, frater, tolle eum in domum tuam. Ubi autem hæc puer audivit, statim arrisit ei, & dixit: quoniam recte locutus es, & recte testificatus es, propter te ille etiam, qui plaga percussus fuit, sanabitur: & statim sanatus est alter præceptor. Sumpsit autem Josephus puerum, & abiit in domum suam.

XVII.

ἰάθη ὁ ἕτερος καθηγητής· παρέλαβεν δὲ ἰωσὴφ τὸ παιδίον καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

XVI. Ἔπεμψε δὲ ἰωσὴφ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἰάκωβον τοῦ δῆσαι ξύτα (a): καὶ φέρει εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. ἠκολούθει δὲ καὶ τὸ παιδίον αὐτῷ· καὶ συλλέγοντος τοῦ ἰακώβου τὰ φρύγανα, ἔχιδνα ἔδακε τὴν χεῖραν (b) ἰακώβου· καὶ κατατιναμένου (c) αὐτοῦ καὶ ἀπολυμμένου (d), προήγγισεν (e) ὁ ἰησοῦς καὶ κατεφύσησε τὸ δῆγμα· καὶ εὐθέως ἐπαύσατο ὁ πόνος. καὶ τὸ θηρίον ἐρράγειν (f) καὶ πάραυτα, ἔμεινεν ὁ ἰάκωβος ὑγιής.

XVII. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἐν τῇ γειτονίᾳ τοῦ ἰωσὴφ, νοσῶν (g) τὶ νήπιον ἀπέθανεν, καὶ ἔκλαιεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ σφόδρα. ἤκουσε δὲ ὁ ἰησοῦς ὅτι πένθος μέγα καὶ θόρυβος γίνεται, καὶ ἔδραμεν σπουδαίως, καὶ εὑρὼν τὸ παιδί-

(a) lege ξύλα. (b) l. χεῖρα.
(c) l. κατατεινομένου. (d) l. ἀπολλυμένου.
(e) l. προσήγγισεν. (f) l. ἐῤῥάγη.
(g) lege νοσοῦν.

XVI. Misit autem Josephus filium suum Jacobum ad vincienda ligna (51), & ferenda (52) in domum suam: sequebatur autem ipsum etiam puer: quumque sarmenta Jacobus colligeret, vipera manum (53) Jacobi momordit: & quum is conficeretur, & periret, accessit Jesus, & insufflavit in morsum: & statim dolor cessavit, & animal ruptum est, & continuo Jacobus remansit sanus.

XVII. Post hæc autem in Josephi vicinia ægrotus quidam infans mortuus est, & mater ejus valde flebat. Audivit vero Jesus quod magnus luctus, & strepitus fieret; & cucurrit solicite: & quum puerum invenisset mortuum, tetigit pectus ejus, & ait: Tibi dico infans: ne moriaris, sed vive, & sis cum matre sua. Et statim respiciens risit. Dixit vero mulieri: Tolle illum, & da *ei* lac, & memento mei. Et quum vidisset adstans populus, miratus est, & dixit: Vere hic puer aut Deus est, aut Angelus Dei; quoniam omnis ejus ser-

παιδίον νεκρόν. καὶ ἥψατο τοῦ στήθους
αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· σὺ λέγων (a) βρέ-
φος· μὴ ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ζῆσον.
καὶ ἔσο μετὰ τῆς μητρός σου. καὶ εὐθὺς
ἀναβλέψας ἐγέλασεν· εἶπε δὲ τῇ
γυναικί· ἆρον αὐτό, καὶ δὸς γάλα.
καὶ μνημόνευέ μου· καὶ ἰδὼν ὁ παρε-
στὼς ὄχλος, ἐθαύμασεν· καὶ εἶπον.
ἀληθῶς τὸ παιδίον τοῦτο, ἢ θεὸς
ἐστὶν, ἢ ἄγγελος θεοῦ· ὅτι πᾶς λό-
γος αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. καὶ ἐξῆλ-
θεν ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν παίζων καὶ μετὰ
ἑτέρων παιδίων.

XVIII. Μετὰ δὲ χρόνον τινά· οἰ-
κοδομῆς γενομένης, καὶ θορύβου με-
γάλου, ἵστατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπῆλθεν
ἕως ἐκεῖ· καὶ ἰδὼν ἄνθρωπον κείμενον
νεκρὸν· ἐπεβάλετο (b) τῆς χειρὸς
αὐτοῦ· καὶ εἶπεν· σοὶ λέγω ἄνθρωπε·
ἀνάστα, ποίει τὸ ἔργον σου· καὶ εὐθέως
ἀναστὰς, προσεκύνησεν αὐτόν. ἰδὼν
δὲ ὁ ὄχλος ἐθαύμασεν· καὶ εἶπεν·
τοῦτο τὸ παιδίον, οὐράνιον ἐστίν· πολ-
λάς

(a) lege λέγω. (b) l. ἐπελάβετο.

sermo opus sit promptum. Et exiit inde Jesus ludens cum aliis pueris.

XVIII. Post aliquod autem tempus quum ædificium fieret, & magnus tumultus, stetit Jesus, & abiit usque ad eum locum, & videns hominem qui jacebat mortuus, apprehendit manum eius, & ait: Tibi dico, homo, surge, fac opus tuum. Et statim surgens adoravit eum. Videns autem turba mirata est, & dixit: Hic puer cælestis est; nam plures animas a morte servavit, & servabit toto vitæ suæ tempore.

λὰς γδ ψυχὰς ἔσωσεν ἐκ θανάτε. καὶ ἔχει σῶσαι ἕως πάσης τῆς ζωῆς αὐτδ.

XIX. Ὄντος δὲ αὐτδ δωδεκαέτες, ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτδ κατὰ τὸ ἔθος εἰς ἱερεσαλὴμ εἰς τὴν ἑορτὴν τδ πάσχα μετὰ τῆς συνοδίας αὐτῶν· καὶ μετὰ τὸ πάσχα ὑπέστρεφον εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν· καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτὲς, ἀνῆλθεν τὸ παιδίον ὁ ἰησδς εἰς ἱεροσόλυμα. οἱ δὲ γονεῖς αὐτδ ἐνόμισαν αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι: ὁδεύσάντων δὲ ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς, ἐζήτεν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν· καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν ἐλυπήθησαν· καὶ ὑποστρέψαντες πάλιν εἰς τὴν πόλιν ζητδντες αὐτόν· καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καὶ ἀκέοντα τδ νόμε. καὶ ἀκέοντα καὶ ἐρωτῶντα αὐτὲς: προσήχων (a) δὲ πάντες καὶ ἐθαύμαζον, πῶς παιδίον ὑπάρχει ἀποσομίζει τὲς πρεσβυ-

(a) lego προσεῖχον.

XIX. Quum vero is duodennis esset, (54) ibant parentes ejus de more in Jerusalem ad festivitatem Paschatis una cum eorum comitatu: & post Pascha revertebantur in domum suam: & dum illi reverterentur, rediit puer Jesus Hierosolymam: parentes vero ejus putabant eum esse in comitatu. Quum autem iter unius diei confecissent, quæsierunt illum inter cognatos ipsorum, eumque non invenientes contristati sunt: & denuo redierunt in civitatem quærentes illum: & post tertium diem invenerunt eum in templo sedentem in medio Doctorum, & audientem legem, & audientem atque interrogantem eos. Attenti vero omnes erant; & mirabantur, quomodo puer quum esset, interrogationibus torqueret seniores, & magistros populi, edisserens capita Legis, & parabolas prophetarum. Accedens vero mater ejus Maria dixit ei: quare hoc fecisti nobis, fili? Ecce dolentes quærebamus te. Et dixit eis Jesus. Quid me quæritis? an nescitis, quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Scribæ vero & Pharisæi dixerunt: Tune es mater hujus pueri? Ipsa vero dixit: Ego

πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τοῦ λαοῦ· ἐπιλύων τὰ κεφάλαια τοῦ νόμου· καὶ τὰς παραβολὰς τῶν προφητῶν. προσελθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ μαρία, εἶπεν αὐτῷ. ἵνα (a) τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν τέκνον; ἰδοὺ ὀδυνώμενοι (b) ἐζητοῦμέν σε· καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· τί με ζητεῖτε; οὐκ οἴδατε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναι με; οἱ δὲ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι εἶπον· σὺ εἶ μήτηρ τοῦ παιδίου τούτου; ἡ δὲ εἶπεν· ἐγώ εἰμι· καὶ εἶπον αὐτῇ· μακαρία σὺ ἐν γυναιξὶ· ὅτι ηὐλόγησεν ὁ θεὸς τὸν κάρπον τῆς κοιλίας σου· τοιαύτην γὰρ δόξαν καὶ τοιαύτην ἀρετὴν καὶ σοφίαν, οὔτε ἴδομεν, οὔτε ἠκούσαμεν ποτέ· ἀναστὰς δὲ ἰησοῦς, ἠκολούθησεν τῇ μητρὶ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὑποτασσόμενος τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν (c)· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ γινόμενα· ὁ δὲ ἰησοῦς προέκοπτεν σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

(a) lego ἵνα τί. (b) l. ὠδινόμενοι.
(c) l. αὐτοῦ.

ſum. Et dixerunt ei: Beata es tu inter mulieres, quoniam benedixit Deus fructui ventris tui: talem enim gloriam, & talem virtutem ac ſapientiam neque vidimus unquam, neque audivimus. Surgens autem Jeſus ſecutus eſt matrem ſuam: & erat ſubditus parentibus ſuis. Mater vero ejus conſervabat omnia quæ fiebant. Jeſus autem proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia. Ipſi gloria in ſecula. Amen.

NO-

NOTÆ.

(1) *Philosophi*. Videtur falsarius ille, quisquis fuerit, qui hoc euangelium finxit, *philosophi* nomen eo sensu accipere, quo Christiani homines virtutem peculiariter excolentes priscis Ecclesiæ seculis philosophari dicebantur.

(2) *de Infantia Domini*. Hæc verba ideo in mea interpretatione apposui, quod longo Veterum de hoc pseudoeuangelio loquentium usu veluti consecrata sint. At de Christi pueritia potius loquitur auctor, quam de infantia.

(3) *Annuncio vobis*. Ex hisce verbis, quæ nec in Parisiensi codice, quo Cotelerius, neque in Vindobonensi, quo Lambecius usus est, reperiuntur, derivata fortasse est *Euangelii* denominatio, quam abortivo huic fœtui Marcosiii, ac Manichæi tribuebant. Ceterum quatuor duntaxat Euangelia tanquam genuina omnibus omnino seculis agnita fuisse ab Ecclesia, indubitata res est: de qua ex professo disserit Irenæus lib. 3. adv. hæreses cap. XI, ut innumeros alios quum veteres, tum recentiores prætermittam.

(4) *ut sciatis*. Vel, *ut manifesta faciam*.

(5) *Magnalia*. Idest, res præclaras atque mirandas. Vox quidem parum elegans, sed putidi hujus atque inepti opusculi translationi valde consentanea.

(6) Mirandas res, quas a puero Jesu gestas dictitabant Hæretici, quasque

que τὰ παιδικὰ τῦ Κυρίυ, ideſt, verbum e verbo, *Puerilia Domini*, vocare conſueverant, falſas omnino fictaſque merito ait Johannes Chryſoſtomus hom. XVI. in Joannem. Τὰ σημεῖα (inquit) ἐκεῖνα ἃ ΠΑΙΔΙΚΑ εἶναι φασὶν τῦ χριςῦ, ψευδῆ ϗ πλάσματα τινῶν ἐπεισαγόντων ἐςὶν, ideſt: *Prodigia illa, quæ PUERILIA Chriſti eſſe dicunt, falſa ſunt, & figmenta a quibuſdam inducta.* Quin etiam id ipſum duobus argumentis hom. 20. confirmat: ſi enim mirabilia ab ineunte ætate patraſſet Dominus, nec ipſe tamdiu obſcurus veluti, ac fere ignotus fuiſſet, & qui ea miracula vidiſſent, meras ſe præſtigias intueri arbitrati forent.

(7) *in regione noſtra*. Negat Beauſobrius apocryphi hujus libelli auctorem eſſe Thomam Manichæum, eam etiam ob cauſam quod hoc in loco Iſraelitam ſe vocet. At quis non videt, ridiculam plane eſſe hujuſmodi rationem? Auctor enim, quicumque ſit, ſive Gnoſticus, ſive Manichæus, mendax certe fuit.

(8) *quinquennis*. Auguſtinus Giorgi in Alphabeto Tibetano pag. 385. opinatur, legendum eſſe ἑπταετὴς, ideſt, *ſeptennis*, pro πενταετὴς, i. *quinquennis*. Nimirum cenſet Vir Clariſſimus multa a Manete ex apocrypho hocce Euangelio conficta eſſe: itaque quum in fabuloſa Manetis vita celebres ſint duo anni, nempe ſeptimus, quo libertate donatus eſt, atque Corbicius fortaſſe vocari cœpit, & duodecimus, quo Manetis nomen ſumpſit, conjicit legendum hic eſſe *ſeptennis*: quod

in Arabico Euangelio Infantiæ, cap. 36, ubi affinia narrantur, legatur : *quum Dominus Jesus septimum a nativitate sua annum complevisset* &c. : annus vero duodecimus quoque in Christi vita celebris sit. Retinendam tamen puto lectionem πενταετής; nam primum non modo codex Parisiensis a Cotelerio, ac Vindobonensis a Lambecio inspectus, verum etiam noster codex habet πενταετὴς : deinde capite XI. (quod utpote nec dum editum Georgio notum esse non potuit) insequens annus, nempe *sextus*, capite autem XII. *octavus* commemoratur.

(9) *percussit*. Lego ἐπάταξεν, ut est in codice regio, quo usus est Cotelerius. Ceterum in tam imperito auctore ferri etiam posset barbara hæc locutio, ἐπέπαξεν αὐτά, quam habet noster codex.

(10) *ad rivum*. In græco legitur ἐπὶ τὸ ρύακον, quod tam solœcum est, ut videatur emendandum, legendumque ἐπὶ τῷ ρύακι.

(11) *passeres*. Ita verti ex antecedentibus. At codex noster habet πυλία, non ςρυθία. Legendum autem dicerem ςρυθία, nisi credibile esset, nebulonem hunc scripsisse πηλία, idest *argillulas*.

(12) *Sabbato*. In græco est, ἐν σάββατον, locutio isto auctore digna. Malim tamen legere ἐν σαββάτῳ.

(13) *scribæ*. Codex noster habet γραμματεὺς, i. *scriba*. At equidem lego γραμματέως. i. *scribæ* : tum quia paulo inferius παῖς, idest *puer*, dicitur iste Annæ filius : tum etiam quia ita legitur in Codi-

dice Regio, quem Cotelerius consuluit
tum demum quia in apocrypho Jacobi proteuangelio Annas ipse vocatur scriba: ibi enim legitur cap. 15: Καὶ ἦλθεν Ἄννας ὁ γραμματεὺς, idest, *Et venit Annas scriba*.

(14) *injuria affecerunt*. Amanuensis noster scripsit ἠδικήκασαν pro ἠδίκησαν: sicut paulo post, capite VII. ὑποπλεύσθην pro ὑπορύσθην.

(15) Scite Georgius Alphabet. Tibetan. pag. 391. animadvertit, a *fabulosi hujus Euangelii scriptore Jesum exhiberi tamquam ferocis ingenii hominem*, idque in scelestissimum Manetem optime convenire. Quid vero impium magis atque exsecrabile excogitari potest, quam τὸν φιλανθρωπότατον humani generis servatorem redemptoremque sævitiæ accusare?

(16) *juventutem*. Censeo equidem legendum esse in græco νεότητα: non miror tamen, quod indoctus scriba nostri codicis scripserit νεότηταν: recentiores enim græci vulgari in sermone pro εἶκα, ex. gr. dicunt εἶκαν. At quum pseudoeuangelii auctor pervetustus sit, non est dubitandum quin dixerit νεότητα.

(17) *incusabant*. Amanuensis tum hoc in loco, tum cap. 9. pro ἐνεκάλουν scribit ἐνεγκάλουν: quam lectionem hic retinuit Cotelerius.

(18) *dixerunt*. Codex habet λέγοντες, i. *dicentes*. Fortasse legendum est ἔλεγον: nisi malis in antecedentibus pro προσελθόντες legere προσῆλθον, i. *accesserunt*. Sed in scriptore ineptissimo hujusmodi ineptias

 dilli-

dissimulare satius est: quod faciam in posterum.

(19) *sed tua*. Egregium vero responsum, & præclaro ejus inventore dignum, ut cetera.

(20) *quum vidissent*. Noster codex habet ἰδόντες: Parisiensis εἰδόντες. Utraque lectio barbara. Adderem legendum esse ἰδών, idest, *quum vidisset*, nisi scriptorem hunc emendare perinde esse arbitrarer atque asini caput abluere.

(21) Quidnam sibi hac verborum ambage voluerit insulsus iste scriptor, mea parum interest. Lege, si libet, quæ Fabricius ad hunc locum adnotavit.

(22) *insipientissime*. Codex noster habet, μάλιστα ὅτι σοφῶς: Parisiensis, καὶ μάλιστα οὐ σοφῶς, quæ lectio antecedentibus & consequentibus magis congruit, ut perspicuum est: itaque eam in versione secutus sum.

(23) In arabico Euangelio Infantiæ cap. 48. hæc in Jerusalem contigisse dicuntur. At Jesus puer non in Jerusalem degit, sed in Nazareth.

(24) *honorantes eum*. Sic verti, quasi legendum sit τιμῶντας αὐτὸν: nam codicis lectio, τιμαῖν αὐτὴς, profecto corrupta est.

(25) Inducitur hoc loco Zacchæus litteras Græcas docens, idque ipsum videbis paulo post factum cap. 14. Parisiensis tamen codex litteras hebraicas Aleph, Beth, Ghimel hic commemorat, item ut arabicum Infantiæ pseudoeuangelium cap. 48. Sed quum Irenæus etiam ita legerit, ut est in nostro codice, retinenda

est

est hæc lectio utpote vetustissima. Quin imo non desunt qui Christum, & Apostolos in quotidiano sermone græce locutos existiment: quæ perdocti hominis, ac de græcis litteris bene meriti Jacobi Martorellii opinio est. Quod si ita esset, verisimilius foret, aut potius minus absurdum inepti hujus fabulatoris figmentum.

(26) Tibetani quoque Xacam suum ab infantia, atque adeo a matris utero rerum omnium cognitione præditum fuisse comminiscuntur. *Accito magistro* (inquit Georgius in præf. Alphab. Tibet. pag. 34.) *qui puero* (Xacæ) *prima litterarum elementa demonstraret, age, inquit, si qua habes reconditiora profero* (leg. *profer*). *Tum quingenta alphabeta inter se diversa proferenti, & ea sibi notissima esse ostendit, & novas ipse litterarum formas præceptori obstupescenti revelavit.*

(27) *attende*. Adeo corrupta sunt quæ sequuntur, ut in mea interpretatione duxerim omittenda. Nec vero operæ pretium est in emendando hoc loco tempus terere: tamen ne nihil de eo dixisse videar, aliquantulum illustrare conabor, licet invita, ut ajunt, Minerva. Itaque pro, *καὶ μέσα χαρακτῆρας*, legi potest *καὶ μεσὸ χαρακτῆρας*, vel *ἢ μεσεῖ χαρακτίρας*, vel potius *ἢ μεσοχαρακτῆρας*. Pro *ξυύες* legendum est *ξυνὲς*. Pro *βάλε* legi potest *λάβε*: nam simili ratione inferius quoque, cap. 18, amanuensis pro *ἐπελάβετο* scripsit *ἐπεβάλετο*. Pro monstrosa voce *φεγῦντες* legi posset *πεσόντας*, donec alia lectio melior occurrat. Pro *ὑπαρπεχθέ*, quod nihil

 pla-

plane significat, legi potest ὑπάρχυς τε: Demum pro κανόνας ἔχει τὸ ά, legi posset κανόνας ἔχεις τῦ ά.

Jam vero restituta utcumque hujus loci lectione, aliquis inde sensus eliciendus est. Sermonem igitur hic haberi pono de græca littera A, cujus *naturam* ignorare dicitur Zacchæus: id quod ita interpretor, ut ignorare dicatur non formam ipsius A, sed mysticam significationem. Crediderim vero pseudoeuangelii Scriptorem in littera A symbolum Dei agnovisse, Dei, inquam, non ut *unius*, qualem agnoscebat etiam Zacchæus, sed ut *trini*, qualem Zacchæus non noverat. Nimirum triangulum æquilaterum veluti Sanctissimæ Trinitatis symbolum a pictoribus nostris usurpatur, qui mos a vetustis fortasse temporibus ad nostra manavit: ex figura vero litteræ A, demptis duobus imis cruribus, triangulum elicitur. Locus itaque hic de superiori ejus elementi parte, triangulum isosceles exhibente, intelligi potest, & legi, ac verti in hunc modum: ἄκυε διδάσκαλε τὴν τῦ πρώτυ στοιχείυ τάξιν· καὶ πρόσχες ὧδε πῶς ἔχει κανόνας καὶ μεσοχαρακτῆρας· ὓς ὅρα ξυνὺς, διαβαίνοντας, συναγομένυς, ὑψυμένυς, χορεύοντας· λάβε περιόντας, τρισήμυς, ὁμογενεῖς, ὑπάρχυς τε· ξυγοςάτυς, ἰσομέτρυς· κανόνας ἔχεις τῦ ά. id est: *Audi magister positionem primi elementi, & attende, quomodo habeat canones, seu lineas, & dimidios characteres: quos inspice communes, permeantes, congregatos, surgentes, saltantes. Accipe eos qui supersunt, trilineos, homogeneos, &* vel-

veluti principatum tenentes, ad libellam positos, & æqualis mensuræ. Canones, seu lineas habes litteræ A.

Verum, ne quidquam dissimulem, fateor græcæ litteræ A omnes hasce notas ægre aptari; itaque aut auctorem ex aliquo alio libello, qui græce scriptus non fuerit, hæc sumpsisse suspicari licet, aut apocryphum hoc Euangelium græce ab auctore ipso scriptum non fuisse, sed alia lingua. Utinam in hebraicam saltem litteram Aleph eæ notæ quadrarent: at neque recentiori ejus elementi formæ, neque ulli ex vetustis apud Hebræos, vel Phœnices usitatis, quas viri perdocti Bianconus, & Guignes exhibent, quadrant adamussim. Multo magis sane in Armenorum litteram A, quam græcorum aut hebræorum illæ conveniunt: quod ut clarius appareat, non inutile erit hæc ex Joannis Chardini *Itinere Persico*, tom. x. pag. 26. exscribere: *Leurs Legendes* (Persarum scilicet) *contiennent . . . . tous les contes qu' il y a dans les Legendes des Chrêtiens Orientaux, & notamment dans une legende armenienne intitulée* l' Evangile enfant, *qui n' est qu' un tissu de miracles fabuleux; comme entre autres que Jesus Christ voyant Joseph fort affligé d' avoir scié un ais de cedre trop court, il lui dit: pourquoi êtes vous si affligé? donnez moi l' ais par un bout, & tirez l' autre, & il s' alongera. Qu' étant envoyé à l' école pour aprendre l' A, B, C, le maitre lui voulant faire dire A, il s' arreta, & dit au maitre, aprenez moi auparavant*

avant pourquoi la premiere lettre de l'Alphabet est ainsi faite ? Sur quoi le maitre le traitant de petit babillard, il repondit, je ne dirai point A, que vous ne me disiez pourquoi la premiere lettre est ainsi faite. Le maitre se mettant en colere, Jesus lui dit, je vous l'apprendrai donc moi. La premiere lettre de l'Alphabet est formèe de trois lignes perpendiculaires, sur une ligne diametrale (l' A armenien est ainsi fait à peu près comme une ш *renversèe) pour nous apprendre que le commencement de toutes choses est une essence en trois personnes.*

(28) *ut audivit*. In fragmento, quod paulo ante ex Cotelerio, ac Fabricio attuli, additur hic initium alterius fabulæ, quam legere licet etiam in arabico pseudoeuangelio Infantiæ : sed ea in nostro codice omittitur.

(29) *ejus sermonem*. Fortasse legi etiam posset in græco : οὗ, vel περὶ οὗ, ut sensus sit : *de quo dicam semel quid sentiam*.

(30) *doce me*. In græco est ἐξήχει με. Legendum fortasse ἐξηχεῖ με, i. *obstrepit mihi*.

(31) *probro afficerent*. In græco legitur παραινούντων, i. *consilium darent*. Ac fortasse revera indoctissimus iste blatero barbara hac formula, παραινούντων τοῦ Ζακχαίου, usus est. Ego tamen verti quasi legendum sit παροινούντων.

(32) *malediceretur*. Lego καταράσηται. Ceterum si quis legere malit καταῤῥάσσῃ, i. *percuteret*, non repugno.

(33)

(33) Hæc narrantur etiam in arabico pſeudoeuangelio Infantiæ, cap. 44.

(34) *incuſabant*. Lege notam 17.

(35) *propter adipem*. Quidnam ſibi velint verba, ἀπὸ τῦ ςέατος, alii viderint.

(36) *exanimis*. Legerem ἔξαιμος, niſi fieri etiam poſſet, ut ridiculus hic auctor dixerit ἐξαίματος.

(37) *pedem*. In græco πόδιν. Sed legendum πόδα. Vide quæ dixi ſupra, nota 16.

(38) *hydriam*. Hæc leguntur etiam in arabico, cap. 45.

(39) *indutus*. Codicis lectio medica manu indiget. Emendari ita poteſt: ὅπερ ἦν ἐνδεδυμένος, ἐγέμισεν αὐτὸ ὕδατος, vel ſimili ratione.

(40) *faber*. S. Joſephus fuit revera τέκτων, ut eſt apud Marcum cap. VI. verſ. 3, ideſt faber lignarius. Nonnulli tamen veteres eum pro fabro ferrario habuerunt. Lege Acta Sanctorum Martii tom. 3. pag. 17.

(41) *& juga*. Juſtinus quoque martyr Chriſtum, dum in mortali vita eſſet, aratra & juga feciſſe affirmat in Dialogo cum Tryphone: hæc enim ſcribit pag. 316. editionis Pariſienſis anni 1636: Καὶ ἐλθόντος τῦ Ἰησῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνlω, ϗ νομιζομένυ Ἰωσὴφ τῦ τέκτονος υἱῦ ὑπάρχειν, ϗ ἀειδῦς, ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένυ, ϗ τέκτονος νομιζομένυ (ταῦτα γδ̀ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὤν, ἄροτρα ϗ ζυγά· διὰ τούτων ϗ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων ϗ ἐνεργῆ βίον) κ. τ. λ. ideſt: *Et cum ad Joannem veniſſet Jeſus, & Joſephi fabri filius haberetur; informis videlicet, quem ad-*

admodum *Scriptura* annunciaverant, *apparens, faberque adeo & ipse putaretur esse (fabrilia namque, cum in hominibus esset, faciebat opera, aratra, & juga conficiens: per hæc & justitiæ docens signa, & vitam non ociosam)* &c.

(42) Vocem græcam retinui. Alii verum ejus sensum expiscabuntur. Illud tantum animadverto, ἄλλακτον *fustem*, seu *baculum* designare.

(43) Affinia occurrunt in arabico pseudoeuangelio capp. 38, & 39.

(44) *ligna*. Codex habet ξύτα. Legendum puto non ξυπὰ, i. *dolabras*, sed ξύλα, i. *ligna*.

(45) *lignum*. Hic etiam pro ξυτὸν lego ξύλον.

(46) *ætatem*. Ἡλικιότητα dicit pro ἡλικίαν barbarus hic auctor.

(47) *exercuit*. Codex hoc etiam loco mendosus est. Ut aliquam inde sententiam eruerem, pro ὅπως legi ὅσπερ, & pro ἐπιστήχελεν legi ἐπεστήδευεν.

(48) Similia occurrunt in arabico pseudoeuangelio cap. 49.

(49) *maledixit ei*. Hujusmodi urbanitates ac blanditiæ in maledicendo positæ inficetis hisce apocryphorum scriptorum fabricatoribus videntur olim valde placuisse. Simili ratione insulsam quamdam de Thoma Apostolo maledicente ei, qui palma ipsum imprudens percusserat, fabellam Manichæis iterum ac tertio exprobrat Augustinus. *Ipsi autem legunt* (inquit ipse libro adversus Adimantum Manichæum cap. 17.) *scripturas apocryphas, quas, etiam*

iam incorruptissimas esse dicunt, *ubi scriptum est Apostolum Thomam maledixisse homini, a quo per imprudentiam palma percussus est, ignorante quis esset, maledictumque illud continuo venisse ad effectum.* Similia habet lib. 22. contra Faustum Manichæum cap. 79, & lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 20.

(50) *festinanter*. In græco est ἄπειρος: quæ lectio videtur mendosa.

(51) Similia habes in arabico cap. 43.

(52) *ferenda*. Sic transtuli, quod putem legendum φέρειν.

(53) *manum*. Lege in græco χεῖρα, ex his, quæ dixi nota 16.

(54) Narrantur hæc etiam in divinis Euangeliis. Permiscet autem nugator hic vera falsis, ut quæ falsa sunt, videantur vera.

Expliciunt Notæ.

In gallicis, quæ supra attulimus duobus in locis, typographus accentum gravem apposuit, ubicumque acuts apponendus erat, propterea quod hujus typo careat.

APPENDICE

ALLA

Raccolta di Differtazioni intorno

L'ISCRIZIONE

DEL

PANTEO SAGRO

D'ARIMINO.

PREFAZIONE

All' Illustriss. Signore.

JANO PLANCO.

Io spero, eruditissimo Signor Jano Planco, ossia Sig. Dott. Giovanni Bianchi Medico, e Nobile d'Arimino, ossia di Rimini, che voi gradirete il pensiero, che mi son preso, di unire l'appendice seguente alla vostra Raccolta di dissertazioni sopra la vostra Iscrizione del PANTHEUM SACRUM ec. come voi la chiamate; il piacere che voi mostrate che si discorra di cotesta vostra Iscrizione, tantocchè anco per questo capo gareggiar possa la vostra Città d'Arimino con Napoli, e anco con Roma stessa, è il fondamento di questa mia speranza. Due numeri conterà per ora questa appendice. Il primo porta il parere dello Spazzacammino di Porta di S. Angelo di Perugia sopra i due pseudonimi Scritti dell' Edituo del Panteo Romano, e dello Scopatore del Panteo Riminese. Il secondo, che per non abusarmi di soverchio della gentilezza dell' Insigne Raccoglitore degli opuscoli rimetterò ad altro Tomo, porterà la decisione fina-

finale che scuoprirà i veri autori di tutte queste dissertazioni, e il vero merito della vostra Iscrizione. Dissi finale, ma se altro mi capiterà alle mani risguardante questo soggetto, io non lascierò per la stessa via di mandarlo per i Tomi seguenti, e mi stimerò fortunato, se troverò materia da fare che la vostra Raccolta giunga a formare un tomo in foglio. E con la più dovuta stima mi rassegno.

PARERE

Dello Spazzacammino di Porta S. Angelo di Perugia

Nella controversia tra l' Edituo del Panteon Romano

E lo Scopator del Panteon di Rimino.

PER sedare una controversia tra due Scopatori, che contrastano per il primato de' loro Pantei, è ben giusto, che entri di mezzo lo Spazzacammino, che con il vantaggio d'uno spazzatojo molto più lungo delle loro scope, volgendosi or all'uno, ed ora all'altro, li faccia quietare. Io mi auguro di esser quello, che standomi qui in Perugia mia Patria, a mezza strada fra Roma, e Rimino, posso comodamente arrivare coll'istrumento della mia arte a spazzar la fuligine molto densa, che l'uno, e l'altro ha nel cervello, e negl'occhi. Nè si faccia alcuno maraviglia, se andrò citando tratto tratto qualche passo latino, e parrò non digiuno affatto delle cose di antichità. Mio Padre, il mio amorevolissimo Padre,

dre, credendo che con la professione delle lettere potesse farsi miglior fortuna mi mandò a scuola, e mi fece per molt'anni studiare; ma poi si accorse dello sbaglio preso, e che meglio era fare lo spazzacammino; onde mi richiamò all' antico onorato mestiere, quale grazie a Dio esercito senza taccia, e con sommo piacere, e lo studio fatto serve anco a rendermelo più caro.

Or comincio da te, Ser Edituo Romano, che con una cavillazione ti fai ad attaccare il Sig. Bianchi. Disse egli: *Abbiamo un Arco, che per altezza, ed ampiezza supera tutti quelli di Roma*: e disse bene. Ma tu per fargli dire uno sproposito gli contraponghi gl' archi trionfali di Settimio, e di Costantino; Ma quando mai il Signor Bianchi dicendo *Arco* intese un Arco trionfale? L'Arco di Rimino è arco, non trionfale; ma arco di porta di Città, che segna il punto estremo della via Flaminia restituita da Augusto. In memoria di che due Archi gli furono eretti secondo Dione lib. 53. uno alla riva del Tevere, ove cominciava la via Flaminia, e l' altro sull' ingresso di Rimino. Se i ristoratori delle strade trionfavano dopo la vittoria de greppi, e de fossi, chiamali pur trionfali; ed allora potrai contrappor loro

i trion-

i trionfali di Settimio, e di Costantino. Ma non essendo una tale impresa soggetto da trionfare, egl' è chiaro, che il Sig. Bianchi s' intese d' un arco di porta spettante alle mura della Città, di porta splendida, e magnifica, corrispondente al decoro della seconda Statua, che secondo Dione ci fu posta al disopra pari all' altra vicino a Roma.

Quest' uso di adornare le porte delle Città in onore degl' Imperatori, dirò così a simiglianza degl' Archi trionfali, ma che in realtà erano porte, che si chiudevano con gl' usci, o colle saracinesche, fu assai frequente ne tempi della più florida pace, ne' quali non sarebbe venuto giammai in testa di veruno, che dovessero esser esposte alle batterie de Nemici. Qui in Perugia ne avevamo una magnifica a cima di quella via, che or chiamiam *Rivellino* fra la fortezza, e S. Ercolano, ed esisteva nel muro primitivo, ed antichissimo della Città nostra, che circondava tutto il ripiano del monte, e rinchiudeva l' acropoli, che era nel monticello di Portasole. Questa porta era ornatissima, e quando Paol III. fece fabbricare la nostra Fortezza, distrusse questo edificio, ma fece inserire per memoria gl' ornati nel fianco destro di detta Fortezza con rottami di statue, e te-

e teste di Cavalli, e con il fregio nel quale a gran lettere è scolpito COLONIA VIBIA. Quando io giovane andava per il mondo a Spazzare i Cammini viddi in Verona una porta simile, chiamata de Leoni, e che tu chiamaresti Arco trionfale, ma diresti malissimo, perchè è veramente porta di Città. Tornando a Perugia ammirai quella gran porta, della quale parliamo, che è senza controversia la più magnifica di quante ne sussistono. Poco lungi ne viddi un' altra in Fano, forse contemporanea; ed osservato che non aveva imposte da piantarvi gl'usci, viddi, che si chiudeva per via di saracinesca, il che mi fe ricordare di quell' *Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales*. Non così però nelle due porticine laterali, in una delle quali, allor bottega d'un legnaiuolo, viddi in alto una gran Pietra forata da piantarvi l'asse dell' uscio versatile, all'uso de nostri. Questa porta ancor essa molto magnifica fu nel IV. secolo adornata al disopra di un portico di colonne striate. In Ispello ven'è un'altra simile a quella di Fano, colle due porticine laterali, opera de tempi floridi, fiancheggiata poi ne tempi bassi con due torri ottangolari. Di là da Acquasparta viddi nel giro ancor sussistente della distrutta Città di

Car-

Carsoli un'altra porta di Città, la quale dovette essere ne tempi dell' alto Imperio arrichita da bassi rilievi, de quali si vedono ancor le lacune, ed in terra vi sussistono rottami di colonne di marmo mischio, che in quel deserto, ove non passano, che mulattieri, e spazzacammini, verun conosce, e verun ne fa conto. Mio Padre, che pur faceva, come ho detto, lo Spazzacammino, mi diceva d'averne vedute altre nel Regno di Napoli. Questi adunque erano Archi, ma archi di Mura di Città, ed in questo senso dee intendersi la proposizione del Sig. Bianchi, che nè Roma, nè Napoli ne ha un simile, il chè è verissimo, nè in buona logica antiquaria gli si possono contraporre gl'archi trionfali, che sono tutt'altra cosa; ed eccoti spazzata dal cervello una buona massa di fuligine. Che se dell'arco si verifica; che superi quei di Roma, e di altri luoghi, così parimente si avvera, che gareggi con Roma in riguardo del Ponte egregio, uguale a quei di Roma, ma con questa differenza, che i sterminati macigni scrupulosamente commessi di quel di Rimino son venuti di là dal Mare, e quei Roma di Roma dal Suburbano di Tivoli.

Ora mi volgo a te, scopatore del picciol Panteo Riminese, che hai malme-

menato il nome del Popolo Romano, quasi che fosse quello di Malmantile; dal che conosco, che, mentre stavi in Roma, non hai esteso le tue cognizioni più avanti, che de cavatori di puzzolana, ond'io mi figuro, che parlando tu de Romani prenda il tutto per una parte. La memoria del Ficoroni meritava d'esser trattata con più di rispetto. Le òpere che ci pubblicò sulle mascare antiche, sulle gemme, sù i pombi, e sopra d'ogn'altro genere di antichità, e le fortunate scoperte, che egli comunicò alla Repubblica letteraria, gli meritarono non solamente l'aggregazione a parecchie principali Accademie, ma la stima di tutti gl'eruditi d'Europa. Roma non ha di bisogno di forastieri, ed ha sempre avuto, ed ha in ogni genere Uomini grandissimi, ed in molta copia. Giacchè parliamo di antichità, ti enumererò ne tempi antichi gl'Orsini, i Falconieri, gl'Aringhi, i Casali, i Gottifredi, il commendatore del Pozzo, il Nardini, i due Canini, il Bellori, il Cameli, Monsignor Ciampini, il Cardinal de Massimi, difensore, ed illustratore delle più belle antichità, e, a dì nostri, Antonio Sabbatini, l'Abate Valesio, il Commendator Vettori nomi tutti venerandi appresso degl'Antiquarj, e cento e mille altri, che con libri,

libri, con dissertazioni, e con intagli han somministrato ai Posteri il modo di andar avanti in questo studio.

Ma stroppiciamo alquanto il cervello del Edituo Romano il quale vuol provare, che il Panteo di Roma fosse fabbricato fin da principio per tempio, e non per bagno, ciò, che io credo certissimo, ma ne allega certe ragioni, che fan vedere, che ha il capo pien di fuligine, per la quale non ha potuto concepire l' idea de bagni, che ha veduto soltanto in piccolo nelle carte. Afferma, che il Panteon non poteva altrimenti esser bagno, perchè non si vedon canali per mandar l' acqua dentro le vasche, e non vi vede i riscaldatoi; Ma io lo assicuro, ch' egli non li vedrà in alcun vestigio di tali edificj. Io ne ho osservato parecchi in varie Città fuor di Roma, e quei, che sono in Roma, li ho esaminati diligentemente. Tu immagini i bagni all' uso de lavamani de refettorj, da quali esce l' aqua per via di chiavette. A volere che i bagni antichi fossero fatti così, sarebbe convenuto congegnare ne muri tante fistole, quante non ne hanno i giardini. Ma come condurle per tanti Edificj di così varia struttura, ed interrotti da tante gran porte, e da archi smisuratissimi? Per il pavimento non era possibile, poichè lastricato di

mar-

marmi a commesso, sarebbe stato impossibile il riattare una canna senza guastare un' opera d' infinito lavoro. Aggiungasi, che io ho veduto a quest' ora e in Roma, e fuor di Roma quantità grandissima di bagni privati cò pavimenti lavorati a mosaico, e il mio gran Concittadino Sante Bartoli, gran preservatore delle antichità, ne ha intagliati parecchi nelle sue immortali opere. Se avessi osservato ciò, che Vitruvio nel Capo X. del lib. V. dice de bagni, avreste veduto, che v' erano luoghi per i forni delle caldaje, e questi saranno stati sotterranei, poichè nel piano de bagni non se n' è ancora osservato vestigio. Avevano però Servi a posta, i quali portavano l' acqua, e la levavano, e prestavano altri servigj in quell' occasione, de quali parla la L. *Item Pictoris ff. de instrum. Legato*. Giuochi d' acqua per tanto non v' erano e vi si portava l' acqua colle bigoncie; e que Canali, che dice lo Scopator Riminese d' aver veduto in Murotorto, fatti alla peggio con due coppi l' un contro l' altro, son lavori di altro tempo, fatti per iscolare l' acque piovane degl' orti che gli stan dietro, quando da ruine di terme divennero muro della Città. Ti dirò io, quai condotti avevano le terme. Ne avevano nel grosso de muri dall'

alto

alto al basso per ricever l' acqua de spaziosissimi tetti, che erano a guisa di piazze; ciò che tu vedrai specialmente nelle Diocleziane, ed avevan chiaviche grandissime per ricever queste, e le lavature, e nelle stesse Diocleziane ne vedrai tuttora una aperta in mezzo alla piazza, che si è riconosciuto esser antica. Non sia dunque mai stato bagno, ma sempre Tempio il tuo Panteon; avverti però di non allegare mai più una ragione così incetta. Ma dell' istesso calibro è l' altra ragione, che alleghi tu, *Spazzator Riminese*, per provare, che il Panteon di Roma fosse fatto per uso di bagno, appoggiando la tua asserviva alla debole congettura della forma rotonda. Bagni rotondi per verità io ne ho veduti ne contorni di Roma, e fors' anche in qualche Municipio; ma inconparabilmente è maggiore il numero di que' che hò veduti quadrati, o almeno si può argomentare dalla figura de pavimenti ornatissimi. Poteva il Panteo esser bagno, ma non mai da se solo; e quantunque in quasi tutte le terme vi fossero edificj rotondi, poco minori del Panteon, erano però saloni per gl' esercizj degl' Atleti, eran ridotti, eran passeggi, ma avevano per ogni parte comunicazione co' luoghi ove si lavavano. Il Panteon, (e di ciò, che

 vuoi)

vuoi) non aveva nè per fianco, nè al di dietro attaccamento veruno colle terme di Agippa; Il muro è schietto, e sincero, e la sagrestia, che ora v'è, è una giunta de tempi Cristiani. Ma vuoi tu che ti convinca, che non poteva neppure averla? Per questo effetto avrebbe dovuto avere un grand'arco di comunicazione nella tribuna maggiore infaccia alla porta. Or questa è di pianta semicircolare, incomodissima per farvi un arco; quando nel Tempio vi son quatr'altre tribune laterali di pianta quadrata, attissima per le aperture. Oltre di che il nicchio principale è di figura differente dalle altre Capelle, & arricchito di due colonne di marmo differente, e di maggior prezzo, cosicchè si vede che quell'absìde era fatta per riporvi le statue titolari del Tempio. Convince ancor più il sapersi da Vitruvio, che al tempo di Agippa i bagni dovevano avere moltissime altre parti, che dentro il Panteo non potevano stare, ma che saranno state bensì disposte ne vicini bagni che vi fece lo stesso Agrippa di grandissima estensione, come si raccoglie da pochissimi avanzi, che ne rimangano, e molto più dall'averne fatto un legato al Popolo Romano. Come dunque oltre a questa gran fabrica potea venirgli in mente di far-

ne

ne un' altra con una spesa sorprendente, ma di figura così incomoda, e da non potervi in veruna parte accendere il fuoco? Affè che di questo bagno potea dirsi ciò disse Giugurta, quando quando dopo essere stato condotto in trionfo, fu gettato nudo a morir di fame dentro una carcere.

Hercle quam frigidum est hoc vestrum balneum.

Per fine ricordiamoci, che Dione, e Plinio ci dicono che il Panteo fu fatto per tempio: *Pantheum quoque perfecit Agrippa, Pantheum Jovi Ultori ab Agrippa factum.* Quanta diamin di fuligine hai tu nel capo!

IN nomine Dom. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo centesimo quadragesimo tercio, & temporibus Conradi Regis, & Innocenci Pape die mensis Marci decimo & Indictione sexta. Pensauri. Nos fideicomissarii Petrotronii filii Rodulfi Andree Ugonis, scilicet Poverus, & Mamolinus, & Presbiter Acto, & Pincio q. Andree Ubertelli, & Petrus Clericus & Perguido per jussionem, & mandatum supradicti Petronii facimus cartulam donacionis vobis Dom. Bonifacio, & D. Mo-

naldo Canonici Sancte Marie in Portu Acceptoribus pro vice & persona D. Johannis Prioris pred. Eccl. suisq. successoribus in perpetuum, idest damus & concedimus vobis quinque mansos cum quinque colonis, & omnibus eorum familiis masculis & feminis, & unum olivitum in eodem fundo, qui vocatur . . . . . circumdato a lateribus, scilicet ab una parte currente rio Retrudi, ab alio latere rivo Punticelli, a tertio Silva Dilamonsa, a 4. filii Tiberti. Hec autem omnia infra suprascriptis lateribus posita concedimus vobis, sicut superius legitur, cum familiis & terris, vineis, olivitis, & pascuis, & cum omnibus ad suprascriptos quinque mansibus pertinentibus sita in territorio Pensaurensi in Plebe Sancte Sofie, ut a presenti die aut quando volueritis liceat vobis, estriusque . . . . dictis rebus introire, preoccupare, habere, tenere, cum vestris successoribus in perpetuum, & si quis heredum prenominiati Petronii vobis, vestrisq. successoribus litem vel controversiam, vel molestacionem fecerit, det Vobis nomine pene vestrisque successoribus in pred. Eccl. permanentibus auri optimi libras tres, & soluta pena hec cartula donacionis maneat firma.

Signum Manus suprad. Poveri fidecommissarii suprad. Petronii.

Si-

Signum manus Presbiteri Actoni fidecommissarii suprad. Petronii.

Signum manus Mamolini fidecommissarii suprad. Petronii.

Signum manus Pincio qu. Andree Ubertelli, & Petrus Clericus, & Perguidò fidecommissarii ut superius legit ur

Ego Joannes Notarius complevi & absolvi hanc cartulam donacionis me presente mandatam.

In nom. &c. 1182. tempore Lucii PP. & Frederici Imperatoris die 2. intrant. Mens. Septembr. Indict. prima Pensauri. In presentia D. Tede . . . . . siti Pens. Ecclesie, Presb. Viviani, Presb. Petri q. Vandixil Canonicorum Pensauren. Eccl. . . . . Jacob Canonici Portuen. Eccl., Johannis Wasconis, judicis, Ubertini iurisperiti . . . . . buccoderetia, Johanis Ugolini, & aliorum multorum testium. *D. Henricus Comes* . . . . . *Pens.* recepta proclamatione quam Donnus Rainerius Prior venerabilis Canonice Sancte Marie in Portu fecit contra Paganellum Ugolini Albertucii & heredes Ranaldi . . . dazi, & Petrum de Griffo & fratrem ejus &c. & per nuntium comunem perentorio edicto vocatis ut rationem jamdicto Priori facerent de possessionibus Eccl. S. Marie in Portu positis in Curte Credarie inter

ter ipſum Caſtrum, & Caſtrum Montis lauri, ipſis ſupradictis omnibus rationem facere nolentibus, pronunciavit jam dictum Priorem mittendum eſſe in poſſeſſionem pred. rerum nomine jam dicte Eccl. S. Marie in Portu, ut ſi quid intra legitimum tempus venerit . . . . reſtitutis impenſis juſtitiam recepturi, & facturi . . . . judicem . . . . poſſeſſio ejus reſtituatur ſine prejudicio tamen Prioris Portuenſis & ejus Eccl.

Ego Andreas . . . . . .

Anno Dom. 1182 tempore Lucii PP. & Frederici Imperatoris die 3. intran. Menſ. Septem. Indic. prima Penſau. in preſencia Petri Archipr. S. Sofie, Petri Mazini. Johis Ruicici, Johannis Tebaldi, Piſarelli Liuti Caſtaldi Eccl. S. Marie in Portu, & me preſ. Andrea Tabellione Andreas Mandatarius juſſu *D. Henrici Comitis & Conſulum Penſau.* miſit Boninum converſum S. Marie in Portu in poſſeſſionem predictarum omnium rerum nom. ejuſdem Eccl. corporaliter rerum ipſarum in poſſeſſionem eum introducens . . . .

Ego Andreas Penſaur. Notarius ſcripſi & complevi.

In nom. Domini Jeſu Chriſti anno ejuſ-

ejusdem 1182. tempore Luci Pape & Federici Imperatoris die 6. exeunte Mensis Hoctubris. Indict. prima Pensauri. Quia D. Presbiter Rainerius Prior S. Marie in Portu conquestus est de Nobis scilicet Paganello Ugolini Albertucii q. filii, & Montanario & Rainaldello filiis qu. Johannis Rainaldi *apud Henricum Comitem Pensaur.* afferens quod nos eum vexabamus de relictis que Petronius S. Marie in Portu reliquerat, & molestabamus, tandem eum perventum est quod nos pro redencione anime dicti Avunculi nostri, & parentum nostrorum renunciamus nos omnes jam dicti, & refutamus omnia que fidecommissarii scilicet Poverus, & Mamolinus, & Presbiter Atto, & Pincio q. Andree Ubertelli, & Petrus clericus & Perwido per jussionem & mandatum suprad. Petronii in cartulam donacionis redegerunt S. Marie in Portu, veniam etatis impetrando, & *jam dicto Comite authontatem ejus prestando* super hoc renunciationis & refutationis instrumento in perpetuum; ea tamen condicione ut si contignerit jam dictum Priorem, vel ejus successorem aliquando alienare velle hec suprad. isti jamdicti scilicet Paganellus & Montanarius & Raineldellus requirantur, vel eorum heredes, & si tantum dare voluerit quantum eorum parentes vel

horum quilibet alius accipiant rem sup. prad. relictam pro ea parte pro qua D. Prior vexabatur, & ideo renunciamus, & refutamus tibi Presbitero Petro de Pace Canonico S. Marie in Portu Vice Prioris in hoc negotio fungenti omnia suprad. relicta S. Marie in Portu scilicet quinque Mansos cum quinque coloniis, & omnibus earum familiis, masculis, & feminis, & unum olivetum in fundo Credarie, & cum omnibus suis pertinentiis, a latere vero quorum ab una parte currente riv. Retrude, ab alio riv. Ponticelli, a tercio Silva de Massa, a 4. filii Tiberti; que quidem omnia promittimus & obligamus nos nostrosq. heredes omnia pred. Vobis, vestrisque confratribus & successoribus firma & rata habere in perpetuum sub pena unius libri auri, & soluta pena hec pagina valeat.

✠ Signum manus predictorum refutatorum ut superius legitur rog. & tradiderunt.

✠ Donnus Johannis Prior S. Eracliani testis. Martinus Causidicus testis. Rubertus Viviani testis. Johannis Ugolini testis. Rodulfus Bonhominis testis. Albertus Alberti Lecoris Marini testis. Boninus testis & investitor. Hec omnia facta sunt in pretencia *Henrici Pens. Comitis, & sua auctoritate prestita*.

Ego BDS Pensaur. Notarius scripsi & complevi,,

V.

Ex Arch. Archiep. Raven. Caps.
E. 1792.

IN nom. Patris & Filii & Spir. Sancti. Anno Deo propicio Pontificatus Dom. N. Sergii Summi P.... universalis Pape in apostolica sacratissima Beati Petri Sede sexto, die tercio mense September ... one duodecima. Ravenne. Petimus a vobis D. Ingelrada Dei gratia Com. filia qu. D. Martini Com. uti nobis Adam inlustris Vir filio qu. Milteo ex genere Francorum ..... bus vite mee totaliter de livellario nom. concedistis nobis, idest Monasterium S. Ermete in integrum cum oi .... rebus tantum quantum ad ipso Monasterio pertinet cum terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salictis, racionalibus, arbustis, arboribus & cum ingresso & regresso suo & cum omnibus ad easdem sup. rebus generaliter & specialiter integriter sicut dixi ad suprascripto Monasterio pertinentibus, vel subjacentibus, sita Territorio Pensaurensis, plebe S. Christofori cum suis justis & certis in terra finibus abendum, tenendum, cultandum, fine salvan-

vandum, defensandum, & in omnibus meliorandum diebus vite mee totaliter. Ita sane ut inferamus Vobis vestrisque heredibus singulis quibus . . . . . q. annis hoc est terratico pro omnes fruges aridos & umidos pro omnia ex omnibus . . . . nobis Dominus exinde condànare jusserit, dāre vobis debeamus omni . . . . no denareos argenteos sex totaliter adducto per nos in dom . . . . ita tamen ut non liceat me suprascrip. Adam diebus vite . . . . . una cum sup. Mon. S. Ermete in integrum cum omnibus sibi pertinentibus anni illius . . . . homine . . . . ere aut donare, aut pro quocumque modo alienare, nisi tantum diebus vite mee eam fruere dèbeas colonicio more, post autem meum obitum tibi, tuisque heredibus integriter revertis debeas in perpetuum. Si quis vero per nos contra os livellum ire temtaverimus antequam finias tempus, sicut supra legitur, de perpetuo fides ante omnis litis initium, aut interpellationem pene nom. auri uncias dua, & post pene solutionem os livellum in suo robore. quos vero livellum uno tenore concepto Dominicus tabellione Curiale hujus Civitatis Ravenne scribendum rogavimus, alteras nobis contradimus quod consecutis agamus Dominice maximam gratiam Signum ✠ mano supradicto Adam filio

qu.

qu. Milteo ex genere Francorum petitore, cui relectum est.

V I.

Ex. Archiv. Portuens. D. 923.

IN nom. Dom. Nostri Jesu Christi. Anno ejusdem 1188. tempore Clementis Pape & Frederici Imperatoris & ejus filii Henrici Regis, die X. intrantis mensis Julii. Ind. VI. Pensauri. Contractum emphisteusis quem a pref. die ego quidem in Dei nom. D. Wido Dei grat. S. Mariæ Pensau. Eccl. Ep. conceditor ammodo mea sponte facio concedo & trado vobis in Christi nom. Grimaldo Bici, & Marie Jugalibus, seu filiis & nepotibus vestris, & si quis ex vobis vel ex vestris heredib. sine filiis obierit, ejus portio in illis qui supravixerint, revertatur usque in tercia generatione sit petitio, predicte Marie sit in vita sua Ideo concedo & trado vobis ex re & proprietate mee sedis medietatem illis Campi quam cum Pecio Andree Blanchi sortiri videris positum in hoc territorio Pensauri in fundo & loco ubi dicitur Cassiano in Plebe S. Petri Macilne, a cujus rei primo latere detinet Wito Ugolini Wittonis, a secundo Paganellus Ugolini Albertucci; a tertio detinet Eccl. S. Pe-

tri

tri Macilne, a quarto via pubblica decurrit. Insuper concedo Vobis eodem jure medietatem unius pecie Silve que dicitur Curniola positam in hoc eodem territorio in loco ubi dicitur Tassenaria in eadem plebe que sortiri videris cum pred. Eccl. S. Petri; a primo latere Albertus Pecii, & Andreas Martini Ubaldi, a secundo Andreas Castellanus, a tercio Andreas Urbinatus; insuper concedo vobis unam peciam vinee in hoc eodem loco posita; a primo latere Rodulfus Urbinatus detinit jure mee sedis, a secundo pred. Ecclesia S. Petri, a tercio Albertucius Pecii Ubaldi jure mee sedis, a 4. pred. Ecclesia S. Petri, & insuper concedo vobis hoc eodem jure quartam partem totius Silve que dicitur Iscleti, positam in hoc eodem loco, ut dicitur Tesenaria que sortiri videris cum Eccl. S. Petri Macilne, & cum Castellanis, hec omnia infra circumdata laterata cuncta concedo & trado vobis cum omnibus suis pertinentiis secundum *quod olim habuit Martinus Comes*, & detinuit totas in integrum, ad habendum, tenendum, laborandum, fruendum, seu quod vobis & vestris heredibus importuerint ibidem faciendum sit ne dictas eas res ullo modo nec inter vos & vestros heredes inter eos. Sic sane vero annualiter in Nativitate Dom. inferatis mihi,

hi, meisque successoribus, & Eccl. pro amiscione & pensione denarium Lucens. unum, & tres Capponis, & unam focatia donec vestra duraverit munitio ,. At ego promitto, similiterque obbligo me, meosque successores vobis vestrisque heredibus eam rem omni tempore defendere ac testari, & ab omni persona auctoritare; quod si minime fecero, vel cuncta quæ superius leguntur non observavero, ut dem & componam Ego, & mei successores, & Eccl. Vobis vestrisq. heredibus penam precium duplum, quod fuit XXVII. Solidos Lucen. & soluta pena hec pagina valeat.

✠ Ego Guido Ep. subscribens confirmavi.

✠ Presb. Vivianus Canonicus testis. Presbiter Ugo Sancti Stefani testis. Martinus Tebaldi testis.

✠ Joannes Ranp. testis. Rodulfus Castellanus testis. Acoltolus investitor.

✠ Ego Andreas Pensaur. Notarius scripsi & complevi.

VII

V I I.

Ex Archiv. Monast. Sexten Foroiuli.

CArtula de Fundo Galliano. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propitio Pontificatus Dono Leoni Summo Pontifice & universali Pp. in Apostolatu Sacratissimi Beati Petri Sede anno XIII. Imperante Dono Carlo piissimo perpetuo Augusto pacifico magno Victore Imperatore a Deo coronato anno VIII. die VIII. Mense [Maii Ind. prima Senogalia. Secundum hanc dono Venerabile Monasterio Sancte & intemerate semperque Virginis Genitricis Dei Marie qui fundatum est infra territorio Forojulensi in loco ubi vocatur Sexto *Ego quidem Thomas filius condam Serius Ducis [Civitatis Senogalie* donator presens presenti salute. Credo in Dei divini eloquiis quod nunquam minuetur substancia sed [propter remedium anime mee, & remissionem peccatorum meorum, quamque pro amore & desiderium ipsum Sancte semper Virginis Dei Genitricis Marie, ut ipsa facinora mea intercedere dignetur; ideo ad hujus pagina donacione a presente diecum majore desiderio pervenire festinavi, nullus me penitus cogente, neque

que compellante, vel vim inferente, ſed prompto animo, ac ſpontanea mea voluntate dono, & do, cedo trado mancipio de mea iura, in iura & dominiumque ſupradicto Monaſterio Sancte Dei Genetricis Marie fundato in territoro Foroiulii in loco qui dicitur Sexto, ubi regula Monachorum conſtituta eſt. Idem in fundo qui vocatur Clariano territorio Senogag. terra hoc eſt in Waldo Tramuelo . . . . & alie circa ipſo Waldo ſe iacente a preſo pontefelo aſcendente per una cava, uſque in fundus Galliano & latus ipſo fundum Galliano revolvente ſe circa fundus Caſuledo uſque in riva qui currit inter ipſo fundus Clariano, & intra fundum Galliano, & ianula pro ipſo rivo veniente uſque ad ſupradicto pontifello quantucunque infra nominatis lateribus habere videtur aquis arboribus pomiferis, fructiferis cultis vel incultis cum omnibus a ſe pertinentibus integris. Simul & terra plus minus modiorum XXX. ſe jacente ubi dicitur ad aquam Salſola cum omnibus infra ſe habente, ſeu in fundo Papiano qui vocatur curte ſimilit. territ. Senogalie vineas quanto habere viſus ſum ex iura quod *Serio Duci Genitori meo*, vel comparacione, quod mihi ibidem obveni integrum una cum vacua intra ſua menſura ſua, & omni-

bus

bus a se pertinentibus, & omnia suprascripta cedo, & dono modo a presente die infradicto Monasterio Sancte Marie in Sexto in perpetuum possidendum & defensandum reliquod quantocumque mihi in suprascriptum fundum Celariano remansit de presso pontesello per ipso rivo currente usque in fluvio Nevula seu Cona qui foris ipso rivo reiacet veniente latus ipso fluvio usque ad lamatricie, & inde ascendente usque in via, que vadit ad Casa Obstandi, & iuxta ipsa via veniente usque in predicta via cava, & per ipsa via descendente usque in iam nominato pontesello, sic ita tamen dum usque vivere potuero ego qui supra Thomas donare ipsa reliquid in meas potestates utendi fruendi post transitum Sexto in Regno Langobardorum. Ego quidem *Thomas filius quondam Sergio Duci* donatori pp. salutem quam pro remedium anime mee, vel pro peccatis idest dono modo ad presentem die in ipsa transitum meum ipsa reliquid vineis, terris seu Casis & omnibus a se pettinentibus revertar in suprascripto Monasterio Sancte Marie qui edificatus est in loco qui dicitur Sextus in territorio Foroiulii in tali tenore hec omnia largiri in supras. Monasterio per hanc cartula donacionis a presenti die pro remedio anime

me mee ut non liceat ipsam rem vendere, nec donare vel commutare, nec pro ullo ingenio ab ipso Monasterio extraniare, & pro amplioris firmitatis hujus cartule donacionis spondeo ego qui supra Thomas donator qui neque per me neque pro testamento meo, neque per successores & heredes meos neque per summissa persona neque per ullo ingenio contra hac mea donacionem venire promitto quod absit & alteri facere voluero de ea que superius adscripta leguntur daturo me expondeo vel meos successores in suprascripto Monasterio aut quispiam personam qui hac mea donacione disrumpere vel evacuare voluerit ante omnis litis inicium aut interpellatione pene nomine auri mancusios & solidos libr. XII. & post pene solutionem hac mea donacionis cartula in sua maneat firmitate.

L' altro documento si tralascia per brevità.

VIII.

Ex Archiv. Reip. S. Marin.

IN nomine Domini temporibus D. Atriani, summoque pontifice & universali papæ in Apostolica Sacratissima beati Petri Sede anno consecratio-

tionis eius tertio ; atque imperante Domino piissimo Augusto Karolo a D. coronatus pacifico Magno Imperatore anno quinto, die vigesimo Mense Febr. Inditione tertia. Territotio Feretrano.

Qum in judicio resideret Joh. humilis Ep. Sanctæ Feretranæ Ecclesiæ & *Urso glorioso Dux* in curte de Stirvano q. vocatur Cereto ibi cum eis residebant ceteris iudicibus atque illustrissimis viris residentibus atque adstantibus idest Dominicus Dativo de Carp. Item Petrus Dat. Laurentius tabl. & D. Leone D. Mauritius D. Mauritius D. Petrus tabl. & D. Leontatius D. atque Romanus Scavino, & Honesto Scavino, & Romanus Scavino de perita, & Laurentius tabl. & Scavino de Sorbo; atque Faroaldo Magister militum. Gregorius Castaldio. Joh. qui vocatur de Claudiano. Urso tabl. de Campociventi. Laurio Castaldio. Dominicus de Plega . . . . & Romanus Scavino. Joh. de Stefano. Laurentius & Leo germanis filiis . . . . Laurentius de Sergii. Romanus qui vocatur de Capraria. Laurentius de Albino de Mingo. Joh. tabl. de antico. Leo filius Dominicus. Martinus filius . . . Martinus filius Faroaldo Joh. filius Leo. Vitalis filius q. Joh. Benedictus filius q. Joh. In eorum supradictorum vi-

virorum presentia . . . . . tatus est Del-
to Episc. Sanctæ Ariminensis Ecclesiæ
una cum Avocato suo nomine Urso .
Domini mei facite nobis justitia de
isto Stephanus Venerabilis Abb. Mo-
nast. Sancti Marini detinet res de no-
stra Ecclesia Ariminensis de fundo Ca-
sole , & fundo Ravelini in integrum
& fundo Fabrica, & fundo Petroniano
in in & fundo pignaria , & fundo
Gritiano majore & . . . . . qui vocatur
Silvole , & fundo Flagellaria in in
totes ipse fundores suprascripte dete-
nunt Stefanus presb. & Abbas Sancti
Marini Monasterio . Et respondens ipse
S. Stephanus presb. quia abeo & te-
neo ipse res ad jure Sancti Marini
Confess. Dom. Nostri Jesu Christi qui
est sito in monte Titano . Tunc judi-
caverunt ipsi S. Dativi & Scavini ,
ut ipse S.Stefanus presb. dedisse Avo-
cato, & dedit Avocato suo nomine Ur-
so , qui vocatur Pittulo . Tunc missi
sunt ipsi ambas partes pro fidejussore
per mano Martinus qui vocatur de A-
gati in auro obretiaco libras duas a
parte Domno Deltones Episc. Sanctæ
Ariminensis Ecclesiæ una cum Avoca-
to suo nomine Urso . Fuit exinde fi-
dejussore Dominicus filius q. Leo . Et
a parte Stefenus pr. Abbas Monast.
Sancti Marini cum Avocato suo nomine
Urso fuit exinde fidejussore Leo filius
q.

q. Joannatius, & dicebant ipso S. Delto Episc. cum Avocato suo. Domini judicate inter me, & S. Stefanus detinet res de jure nostræ Ecclesiæ Ariminensis, & respondens ipso S. Stefanus ven. pr. Abbas Monasterio Sancti Marini una cum avocato suo nomine Urso. Non volea Deo quia ipse S. res umquam de tua Ecclea fuisse nec namfra quadraginta, nec namfra quinquaginta, neque namfra centos annos neque umquam ipse S. res a manibus vestris ipse S. res non habuistis, neque a manibus vestris umquam detinuistis, neque Vos neque vestris antecessoribus ipse S. res. Tunc judicaverunt ipsi S. Dativi & Scavini . . . . i probare Domno Delto Episcop. ut namfra quadraginta, aut quinquaginta, aut namfra centos annos ipse S. res . . . . . . S. detinuisse aut ille aut suos antecessores. Et respondens ipse S. Domno Delto Episcop. Sanctæ Ariminensis Ecclesiæ cum Avocato suo nomine Urso quia de ipse S. res probare non possumus neque modo, neque in antea S. res habere non possumus neque per . . . . neque per districtis. Tunc judicaverunt ipsi S. Dativi, & Scavini ut ipso S. Avocato Domno Deltonis Episc. dixisse de asto, & dixisse a Sanctæ Dei Evangelias pro parte Domino Deltone E-

Episcop. & de ipse jam dicte res veritas sperasse querere. Tunc judicaverunt S. Dativi & Scavini ut dicere de trasatto ipso S. Urso Avocato de S. Stefanus venerabilis pr. Abbas Monast. Sancti Marini. Et dixe ipso S. a Sancte Dei Evangelias quia numquam namfra quadraginta, neque namfra quinquaginta, neque namfra centos annos ipse S. res neque vos neque vestris antecessores a manibus vestris ipse Ser. res numquam habuistis, neque tenuistis. Tunc . . . . . . & Scavini a parte Domno Deltones Episcop. & Sanctæ Ecclesiæ esse tacito da modo semper & in antea . . . . ut ipso S. Stefanus venerabilis presb. Abbas Monast. Sancti Marini cum suo Avocato habere . . . . ctum est & finitum in eorum sanctorum virorum presentia sub die & inditione I. . . . .

(*Prima Colonna delle sottoscrizioni*)

✠ Joh. inmeritus Abb. Episc. Sanctæ Ecclesiæ Feretranæ ibi fui & subsc.

✠ Petro Dat. in hoc judicato a nob. promulgatum sic sup. l. subsc.

✠ Petrus tabl. & Dat. in hoc judicato a nob. promulg. sic sup. l. subsc.

✠ Laurentius tabl. & Scavino in hoc ju-

judic. a nob. promulg. sic sup. l. subsc.
✠ Gregorius Castaldio ibi fui & subs.
✠ Joh. filio Leo ibi fui & subsc.
✠ Signum manus Vitalis filius q. Joh. ibi fuit.

(*Seconda Colonna*)

✠ Ursus mf. . . . .
✠ . . . .
✠ Scripto hoc judicatom de omnia . . . . . .

Verba signi . . . . . his formulis Latinis positis in hoc . . . .

I X.

Ex Archiv. Archiep. Rav. I. 4573.

ANno Domini Millesimo ducentesimo tempore Domini Innocentii Pape & nullo Rom. Imperatore existente die VII. exeunte Mensis Martii Indictione tertia. Penzauri. A Wilielmo div. gratia S. Ravennatis Ecclesie Archiepiscopo Petivi ego *Petrus de Andrea Ravennas Dei gratia Penzauri Potestas pro Comuni & populo universo Civitatis & pro eadem Civitate Penzauri* in annis advenientibus numero centum, his expletis viginti libras Raven. dando pretii nomine & cartulam hoc

hoc eodem jure, & infrascripta conditione a S. Raven. Ecclesia nostra benefactrice absque omni occasione innovare. Cui quidem petitioni que in subjectis habetur, spontanea voluntate & libenti animo accomodamus assensum, ob hoc quoniam nec munificentia deperit, nec percipientibus, quod datur, perpetuo aquiritur. Et quia speravimus uti montem, qui vulgo Cagnanum appellatur positum in nostro Comitatu, seu nostre Civitatis Curte cum apedicibus terris aratoriis sive vineatis, cultis & incultis, aquis & aquimolis, pratis, pascuis, silvis, & cum arbustis & arboribus & arundinetis, omnibusque sibi pertinentibus & coherentibus & rejacentibus infra se, & undique circum se, & sub se, & super se, a quarum rerum primo confine est rivus de Catiliano discurrens a Nubellaria intrans per viam, que ad Trivium antiquum pergit; a secundo namque est via que a dicto rivo incipit tendens ad viam que ad Nubellariam vadit; a tertio vero est via que ad Nubellariam excurrit; a quarto autem . . . . . & si plus in illis partibus S. Raven. Ecclesia per Walterium possedisse reperitur etiam hoc eodem modo concessistis. Has enim res juris S. Raven. Ecclesie libellario modo a vobis humiliter largiri postu-

lavimus sub statuta pensione & omni obsequio annuatim in Kalendis Martii vel infra indictionem quatuor libras cere. Et pred. res cultare laborare, & in omnibus meliorare Deo adjuvante debeamus; nullamque tarditatem aut neglectum habere tam ad inferendam predicta pensionem, quam ad meliorationem prefatarum rerum debeamus. Quod si in aliqua tarditate aut neglectu inventi erimus extra agere de predicti affixi capitulis, de hoc precepto cadamus, & si dictam pensionem infra biennium non persolverimus uti sacris Imperialibus constitutionibus sancitum legitur Actoribus S. Raven. Ecclesie liceat nos exinde expellere & prout libuerit ordinare. Hoc vero mumine excurso *Penzauri Civitatis rectoribus pro Comuni & populo cuncto & a civitate* libera sit licentia sub pred. pretio & pensione cartulam innovare in superiori conditione a S. vestra Raven. Ecclesia. Que quidem omnia promisistis & obligastis, vos vestrosque successores & vestram Ecclesiam *mihi predicte Potestati recipienti pro Comuni Penzauri, & populo, meisque successoribus, & ipsi Civitati* omni tempore defendere ac tutari, & ab omni hominum persona tam in judicio quam in arbitrio sumptibus & expensis omnibus Comunis Penzauri autorizare, & in nul-

nullo corrumpere ; set firma & rata habere sub nomine pene pretii dupli , quod quidem fuit ducente & xx. libr. Raven. & post pene solutionem hec pagina in omnibus predictis firma & stabilis in suo robore perpetim perseveret. Hec omnia pred. acta sunt in presentia Domini Lazari Abbatis S. Apollinaris in novo dicti Archiepiscopi legati, & hujus rei procurationem habentis, & Rolandini Mandigatii de Mediolano , & Domini Rambaldi S. Marie Penzauri Ecclesiæ Prepositi; , Presbiteri Johannis Canonici , Presbiteri Paulini, Domini Jacobi, Magn. Henrici, Domini Ugonis Raven. comunis Penzauri judicis , Domini Tebaldi Subdiaconi & Canonici Pizangoli, & Andree Archipresbiteri Vicecomitis investitoris & aliorum plurium ad hoc rogatorum. Quam precepti paginam ego RMP publicus & Comunis Penzauri tabellio scripsi & corroboravi.

X.

Ex Archiv. Secret. Civ. Pisaur.

Ex Regesto 2. anni III. Innocentii PP. III. sub anno 2. ep. 27.

INnocentius Ep.Servus Servorum Dei. Dilectis filiis *Consulibus & Populo Pensaurien.* salutem & Apost. ben. Omnipotenti Deo grates referimus copiosas, quod diebus nostris ad justitiam Eccl. Romane respiciens, Civitatem vestram cum tota diecesi, quam ad jus & proprietatem Apost. sedis non est dubium pertinere, sibi restituit violentia propulsata, per quam injuste fuerat aliquandiu sub aliena potestate detenta. Nuper enim cum dilectus filius Jacobus Rustici Nuncius vester & Procurator cum literis vestris de rato ad nostr. presentiam acoessisset, nobis ex parte vestra promisit, quod tam Vos, quam omnes qui sunt de vestro districtu Nobis & successoribus nostr. & Eccl. Rom. fidelitatem curabitis universaliter exhibere, expeditionem, parlamentum, pacem, & guerram ad mandatum nostr. & Legatorum, ac Nunciorum nostror. per totam Marchiam bona fide juxta proprias facultates vestris expensis facere sine fraude, appellationibus ad nos, vel

vel Legatos aut Nuntios noſtros legitime factis debita veneratione deferre, procurationes idoneas Nobis, Legatis, & Nuntiis noſtris impendere; pro annuo quoque cenſu quinquaginta libras uſualis monete perſolvere annuatim, medietatem videlicet pro ipſa Civitate, & medietatem pro ejus diſtrictu, vel ſi mallemus novem denarios pro unoquoque fumante, ut more veſtro loquamur, exceptis Clericis, militibus, judicibus, advocatis, & his qui nullas poſſeſſiones habere noſcuntur, qui non conſueverunt affictum preſtare, quem videlicet cenſum veſtris expenſis noſtre Camere inferretis, poſtulans humiliter & implorans, *ut vobis Conſulatum cum ſua juriſdictione confirmare* auctoritate Apoſt. dignaremur, ſalvis univerſis demaniis que libere ſemper in noſtra & ſucceſſorum noſtrorum diſpoſitione conſiſtant. Licet autem longe majora conſueveritis aliis exhibere, ut tamen ſentiatis & gaudeatis vos ad illud dominium rediiſſe, quod de ſe vere dicere poteſt jugum meum ſuave eſt, & onus leve, promiſſionem & oblationem ipſius factam Nobis ex parte veſtra de Fratrum noſtrorum Conſilio duximus acceptandam. Ideoque vos tamquam filios ſpeciales ſub Apoſt. Sedis protectione ſuſcipimus, quod ſub ejus dominio volumus perpetuo retineri. *Confirmantes Vo-*

bis Consulatum, cum jurisdictione que spectat ad ipsum tam in Criminalibus, quam Civilibus, ita ut omnes Consules & potestates qui pro tempore fuerint, Romano Pontifici & Ecclesie Rom. juramento fidelitatis teneantur astricti. Bonas quoque consuetudines vestras ratas habemus, & volumus eas inviolabiliter observari. Vos autem & successores vestri perpetuo Nobis ac Successoribus nostris universa que prescripta sunt & promissa curabitis fideliter & efficaciter adimplere. singulis quoque decenniis juramenta fidelitatis & observantie premissorum universaliter innovare, salva in omnibus Apost. sedis auctoritate. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre Concessionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri e Pauli Apostolor. ejus se noverit incursurum. Datum Laterani IX. Kal. Decembris.

XI.

X I.

Ex Libro Censuali S. R. E. pro anno 1291. qui in Archivio Secretiori Apost. Vaticano asservatur.

In Episcopatu Pesaurien.

PRior de Pesculo quinque sol. denar. Papien. *Non invenitur.*

Eccl. S. Eracliani duodecim Lucen.

A Fratre Barberio converso Monast. pred. S. Eracliani recepi Censum ut patet, & ei concessi apodissam infrasc. tenoris.

Omnibus present. litteras inspecturis. Magister Lanfrancus de Scauo Canonicus Pergam. Dom. PP. Scriptor super censibus, juribus, & debitis qui debentur Ecclesie Rom. in Tuscia, Marchia Ancon. & quibusdam aliis Italie partibus Nuncius specialis per sedem Apost. deputatus Salutem in D. Universitati vestre tenore presentium innotescat nos a Religioso Viro Fratre Barberio converso, & syndico Eccl. S. Eracliani Pesaurien pro censu treginta annorum proxime preteritorum a dicta Eccl. S. Eracliani debito Rom. Ecclesie treginta sol. veterum Lucen. pro D. PP. Camera recepisse, duodecim Luc. pro anno quilibet computatis. in cujus rei testimonium pres. literas fieri fecimus „

& tam Ven. in Chr. P. D. Ep. Pisaurien, quam nostri sigillorum munimine roborari. Datum Pesauri XXII. die Mensis Martii anno Dom. 1291. Pontific. Dom. Nicolai PP. anno quarto.

Ep. Pesaurien duas uncias auri. *Solvit in Curia Camere ut precepi.*

Monasterium S. Petri duodecim denarios. *Ep. pred. debuit solvere similiter in Curia Camere pro d. Monast. S. Petri.*

Monasterium S. Thome in Folia unum Bisantium quod non est scriptum in littera bullata.

Ab. Abbate pred. Monasterii recepi censum ut patet, & ei concessi apodissam infrascripti tenoris.

Omnibus presentes literas inspecturis Magister Lanfrancus de Scano, Canonicus Pergamen. D. PP. Scriptor super censibus juribus, & debitis qui debentur Ecclesie Rom. in Tuscia, Marchia Anc. & quibusdam Italie partibus Nuncius specialis per Sedem Ap. deputatus Salutem in D. Universati vestre tenore pres. innotescat nos a Religioso Viro Monaldo Abbate Monasterii in Folia Pesaurien dioc. pro Censu viginti quinque annorum proxime preteritorum pro vigintique bisantiis. XV. Fl. auri, & sol. XII. & ns. Ravenatum parvorum pro D. PP. Camera recepisse, uno bisantio pro anno quolibet computato.

In

In cujus rei teſtimonium preſ. literas fieri fecimus, & tam Ven. P. D. Ep. Peſaurien, quam noſtri Sigillorum munimine roborari. Datum Peſauri X. Kal. Aprilis anno Dom. 1291. Indict. quarta Pontif. D. Nicolai PP. IV. anno quarto.

Communitas Peſaurien. debet annuatim Rom. Eccl. L. lib. uſualis monete.

A pred. Comunitate recepi cenſum ut patet per apodiſſam infraſcriptam per manus Dalfini de Cenate.

Univerſis preſ. literas inſpecturis. Ego Dalfinus de Cenate Pergamen. notarius & nuntius ad hoc diſcreti Viri Magiſtri Lanfranchi de Scano Canonici Pergamen. Domini PP. Scriptoris ſuper cenſibus juribus & debitis qui debentur Eccl. Rom. in Tuſcia Marchia Ancon. & quibuſdam aliis Italie partibus Nuncii ſpecialis per Sedem Ap. deputati ſalutem in Dom. ſempiternam. Univerſitati veſtre tenore preſentium innoteſcat me ex parte Nobilis Viri Dom. Johannis Poteſtatis & Communis ſeu Commmunitatis Penſaurien. pro annuo cenſu unius anni proxime preteriti libr. L. uſualis Monete Ravenatum & Ancon. per manus Fratris Rom. Camerarii dicti Comunis pro D. PP. Camera recepiſſe. In cujus rei teſtimonium

nium pref. literas fcripfi, & tam Ven. Patris D. Bonacurfi Pefaurien. Ep. & mei figillorum muniri feci. Datum Pefauri die Martis Kal. Maii anno Dom. 1291. Pontif. D. Nicolai PP. IV. anno quarto.

De anno immediate preterito conftitit fatisfactum ut apparet per inftrumentum infra pofitum. In nom. Dom. Amen. Anno Nativit. ejufdem 1290. die nonodecimo Menfis Maii, tertie Indictionis Pontif. D. Nicolai PP. quarti. In pref. mei Notarii & teftium fubfcriptor. ad hoc fpecialiter vocatorum & rogatorum. Orlandus Paganelli de focietate Riccardorum de Luca Thefaurarius per Sacr. Rom. Eccl. in Anconitan. Marchia deputatus recepit nomine Rom. Eccl. a Paulo Hugonis de Pefauro dante & folvente pro Communi Pefauri pro affictu prefentis anni Rom. Ecclefie debito annuatim in Kal. Maii lib. quinquaginta Ravennatorum, de quibus d. Thefaurarius nom. d. Eccl. vocavit fe plenarie contentum. Actum apud Montem Hulmi prefentibus Ducio Ildebrandini de Florentia, & Magiftro Francifco Raynaldi de Macherata teftibus ad hoc vocatis & rogatis. Ego Lambertus Sornachi de Luca Ap. & Imperiali auctoritate & d. Thefaurarii Notarius pred. omnibus interfui, & rogatus fcripfi & publicavi.

Nel.

Nel tempo stesso che io vi veggo impiegato nell'illustrare la storia dell'insigne nostra Abbazia di S. Tommaso in Foglia, la quale ha tanta correlazione colla nostra Storia Municipale de tempi medij, non potendo io concorrere coll' opera mia in veruna parte all' esecuzione di questo nobil pensiero, per mostrarvi quanto a cuore mi sia che proseguiate valorosamente la intrapresa carriera, ho pensato significarvi una mia congettura intortorno alla struttura materiale di quella Chiesa. Sono appunto pochi anni che io colà mi portai pieno di un' altissima prevenzione per questo gran Monastero, e sì nell' accostarmi ch' io feci a quello mi rammentava dell' alloggio ivi preso da Papa e Imperadori, e già m' immaginava di vedere un gran chiostro, o almeno le ruine di esso, che atte fossero a comprovarsi la storia; ma allora quando fui sopra di quello tutto vidi demolito, e rasato, e null' altro sussistere a fianchi di quella Chiesa che vili case rurali.

La Chiesa sì che per il gusto de tempi medj la trovai grandiosa, e spaziosa. E' divisa in tre navi sostenute da due mani di colonne di marmo di Caristo, non tutte uguali, & adorne di Capitelli di vario lavoro. Si sale alla tribuna per alquanti scalini, ma contro,

tro l' uſo delle antiche Chieſe Monaſtiche, non vi oſſervai veſtigio di Confeſſione. Ricercandone la cagione, & oſſervandone minutamente al di fuori la ſtruttura di queſto tempio, vidi che le mura coſtavano di pietra quadrata commeſſa con diligenza laborioſiſſima, e che ci dimoſtra tuttora il paziente lavoro, che colle propie mani impiegavano gli antichi Monaci in opere così fatte. Tratto tratto vi ſi vedono delle pietre ornate di qualche lavoretto ſignificante certo ingegno di taluno de' religioſi operai, che protendeva al gentile, ed a certa oſtentazione di guſto curioſo e leggiadro. Inſerto ancoraci vidi qualche pezzo di antichità; ma più di tutto mi diè nell' occhio una picciola ara ſepolcrale di marmo ben lavorata, che certamente è gran male che qui reſti occulta. Non avea diſcoperto altro che un lato adorno colla patera, e col ſimpolo; ond' io recatomi in mano un ferramento rurale ſcoprii per quanto potei uno de lati naſcoſti nel muro, e il vidi ornato co' ſimboli di Fauno, il tirſo, la ſiringa, & alquante vitte, coſa rara per certo ne ſaſſi ſepolcrali.

Ma mi ſorpreſe la conſiderazione dell' antica Tribuna, la quale, eſſendo ſtata modernamente accorciata la Chieſa, reſta ora non ſolo eſcluſa da quel-

lo,

lo, ma ancor demolita; e siccome io vidi che di continuo per far uso delle macerie cresceva la distruzione, cosicchè fra pochi anni non rimarranne segnale, siccome per lo appunto è adivenuto del Monastero, mi venne in mente di presentarne la memoria soltanto che ne venisse l' occasione, che per l'appunto opportuna mi si presenta nell'opera che Voi ne scrivete.

Si fatta Tribuna era d' opera molto più antica del rimanente di quella Chiesa; e molto differente dall' altra. Costava tutta di pietra cotta di buona sorte, e formava tre vastissimi nicchi, che *conchae* si chiamarono ne' primi secoli o per la forma loro semicircolare, o perchè il volto di questi si adornava per lo più con quelle gran conche o chiocciole marine, che dal volgo tuttora *nicchi* si chiamano, e forse quindi avenne che sì fatte tribune, o Absidi, o Loculi che che vogliam dire venissero chiamati col nome di Nicchi, o di Nicchie. Una dunque di queste stava in prospetto della nave di mezzo, e le altre due ne lati. Erano di così forte e smisurata struttura che si allontavano dal fare dei Monaci. In verun altra loro Chiesa vidi giammai Tribuna lavorata su questo disegno, e tosto mi venne in mente che questa, come voi pur pensato avete, altro

altro non fosse ne' tempi più rimoti, che un magnifico tempio d'Idoli. Le Absidi dovettero esser quattro, e tutte insieme sostener dovevano il loro catino sù quel disegno per l'appunto, tal quale il nostro Bramante ideò in Todi l'ammirabile tempio della Consolazione. Nè cerco le smisurate mura di questo nostro edificio portavano altro coperto sopra il corpo del tempio, che d'una cupola. Mi sovvene che forse i Monaci adocchiato questo bel vestigio d'antichità, che facilmente ne' tempi superstiziosi attirato avea il concorso de' popoli, pensassero, siccome era costume loro, di convertirlo al culto del vero Dio, e volgere in miglior uso la frequenza degli uomini di già avviata in quel sito. Onde per ridurre la fabrica all'uso loro, rasassero l'una delle quattro tribune, formando del taglio l'arco trionfale della Chiesa con fabricarci davanti le tre navate. Forse che le colonne furono dall' interiore ornamento del tempio antico levate, ed acconcie in due ale nella Chiesa che aggiunsero.

Se questa mia conghiettura merita alcuna considerazione, ecco subito cessata la maraviglia, che in una sì illustre Chiesa, che io volontieri chiamerei col nome magnifico di Basilica, poichè se non fondata fu certo molto illu-

illustrata & adorna dalla munificenza imperiale, cessa dissi la meraviglia perchè non abbia la Confessione. L'origine di questa cominciò ne' luoghi nobilitati dalla Confessione de Martiri, ond'è che da alcuni Scrittori *Martyrium* si appella. Ma il martirio non seguiva dentro i tempj, anzi neppure in vista di questi. Io non ignoro che Confessioni ancora fossero in altri luoghi non bagnati col sangue de' Martiri, come per esempio in que luoghi, dove da principio furon sepolti. Ma questa considerazione farebbe che quand'anche noi vedessimo in questa Chiesa la Confessione, potesse questa combinarsi benissimo colla conghiettura d'un tempio etnico convertito ben presto in sepoltura di Martiri; ma non vedendone quivi di sorte alcuna ci cresce il sospetto che il luogo anzidetto potesse molto prima essere stato innalzato dagli antichi Pesaresi in onore de' falsi Dei. Che se poi tutto quello che è mio pensamento, da Voi non venisse approvato, spero nientedimeno che averete grado, che tutto quello che è puro fatto, e che va incessantemente a mancare, io vi abbia qui con molta sincerità riferito, e sono tutto vostro.

Di Casa li 17. Gennajo 1750.

Gio. Battista Passeri.

L. DOLLEONII
EPISTOLA

Reverendiss. Viro

D. ANGELO CALOGERA'

Ab. Camaldulensi

Dum ei mitteret Anecdotum Elogium

ANTONII CARDELLINII

Ab Henrico Catarino Davila scriptum.

Reverendiss. ac Clariss. Viro

D. ANGELO CALOGERA'

Abbati Benedictino Camaldulensi.

L. DOLLEONIUS S. P. D.

Uum eos summa in laude positos videamus, qui virorum litteris, atque eruditione præstantium monumenta ex indignis tebris in meritam lucem revocant: est cur te, Vir Clarissime, non solum jure facere, verum etiam maxima laude dignum esse censeam, qui Opusculum illud a me postulas Henrici Davilæ, de quo jamdiu tecum loquuntus tum, ut per tuam lectissimam & illustrem Collectionem tandem aliquando in litterarum luce versetur. Hujus auctor nomen sermone omnium celebratissimum nostra commendatione non indiget; præsertim quum de eo multa scripserit Vir eruditissimus Apostolus Zenus in Commentariis de Familia Davila, quæ ante Henrici Historiam de Bello Civili Gallico leguntur. (a) Neque mirum videri debet, quod hunc sol-

(a) Venetiis Typis Kertzauser 1733. in fol.

follicitum litterarum conquifitorem latuit noftrum Opufculum : nemo enim adhuc pervulgavit. Hoc inveni in quodam meo M. S. Codice Epiftolarum, quas ad Aloyfium Lollinum Belluni Epifcopum virum litterarum & litteratorum ftudiofiffimum homines ejus etatis eruditiffimi dederant. Ex Epiftola, quæ pofita eft ante Opufculum, licet intelligere Henricum Davilam Elogia multa & Vitas breviter fummatimque fcripfiffe virorum fui temporis clariffimorum, quorum in numero jure ponit Antonium Cardellinum Jurifconfultum Baffanenfem. Præerat Henricus Venetis Copiis in Cadubrio; ibique otium nactus animum adplicuerat ad eas Vitas limandas, de quibus maxime dolendum eft hanc unam fupereffe. Elogium vero Cardellini ad Lollinum mifit, gratiffimum ei fe facturum exiftimans: quod Lollinus familiariffime uteretur Antonio Querengo, cujus Avia hujus noftri foror effet Antonii. Hujus cognationis rationem nobis exhibent infcriptiones illæ, quas pofuit in æde S. Urfulæ Flavius Querengus Canonicus Patavinus in Pago S. Gregorii prope Patavium, quafque a P. Jacobo Salamonio relatas legimus (*a*).

Ce-

(a) Agri Patavini Infcript. Sac. & proph. pag. 36.

Ceterum Cardellinus Vir fuit præstantissimus, dignusque plane, quem celebraret auctor noster tum propter munera, quæ summa cum laude obtinuit, tum propter honores atque amplissimos dignitatis gradus, quos a maximis Imperatoribus adeptus est. Nam præter Tridentinam Præturam ab Imperatore Maximiliano ipsi demandatam, cujus Elogium meminit, eum fuisse quoque an. MDXXII. Roboreti Prætorem comperi. (*a*) Fuerunt etiam in eo plurimæ litteræ: nam præter Jurisprudentiam, quam professus est, quum Musas coluisset, multa scripsit Hetrusco Carmine, quorum extant nonnulla in ea Bassanensium Poetarum Collectione, quam Laurentius Maruccinus anno MDLXXIX. Venetiis edidit. (*b*)

Plura quidem & majora de Vita Cardellini me invenire posse confiderem, si vacaret, iisque auxiliis, quibus maxime ad hujusmodi studia opus est, non carerem: quod sane in caussa fuit, cur

(a) Jacopo Tartarotti nella serie Cronologica de' Podestà di Rovereto; nelle Memorie Antiche di Rovereto p. 95. Ven. 1754. in 4.

(b) Rime di diversi autori Bassanesi raccolte dall'Eccellentissimo M. Lorenzo Marucci. In Ven. appresso Pietro de' Franceschi e Nipoti. 1579. in 4.

cur tandiu cessaverim Commentariolum hoc ad te mittere. Non præterquamquod diù peregrinatus tum antequam me in Patriam reciperem, tum multæ interpellationes post reditum ita me distinuerunt, ut facultas daretur nulla ea persequendi studia, quæ mihi gratissima esse solent; ex quibus illud principem locum obtinet, si tibi tuisque rebus inserviam.

Quamobrem oro de, Vir Clarissime, ut pro ea, quæ in Te est maxima humanitate æqui bonique facias officium meum, dum hanc ad Te mitto lucubratiunculam Viri omni laudis genere excellentis, cujus aliæ apud me Latinæ extant Epistolæ, præter eas, quæ inter Lollinianas editæ sunt. Quanti faciendæ sint meum non est judicare: aliorum judicium esto, qui plus litteris, ingenio, & doctrina valent: (*a*) præ-

(a) Latinam Davilæ scriptionem laudavit certe Lollinus, summi vir ingenii, & præsertim Epistola ad Henricum data, cujus sunt verba: *Epistola teres ac festiva est.... Elogium luculentum sane nec ullius præconio vel censura egens. Macte ista tua virtute, quæ tibi cum admodum paucis eorum communis est qui castra hodie sequuntur....* Epist. Miscellan. lib. 1. pag. 42. Belluni Typis Francisci Vieceri 1641. in 4.

præſertim quum, ut cenſeo, haud multum laudis ad famam hominis poſſit accedere ex his paucis Latinis rebus; quæ etſi minus fortaſſe probandæ eſſent, minime tamen poſſent eam minuere exiſtimationem, quam ipſi cetera ejus ornatiſſima ſcripta merito pepererunt.

Verum, quidquid de hac re ſit; munuſculum hoc tu ita accipias velim, ut meam in te obſervantiam, ſtudium, officium tibi probari ſentiam: & quemadmodum ego plurimum te colo, obſervoque; ita tu, quod adhuc feciſti, me amare, tuoque favore proſequi pergas, quo quidem nihil antiquius, nihilque jucundius contingere mihi poſſe puto. Vale Belluni Idibus Aprilis MDCCLXIV.

Illustrissimo Præsuli

ALOYSIO LOLLINO

Pontifici Bellunensi

Henricus Catarinus Davila S. P. D.

LIcet & inter arma calamum exercere. Quid ni? Hoc & Cesar ille domitor orbis, & Brutus vindex publicæ libertatis, & quamplurimi Romanæ Militiæ principes factitarunt, quos neque necessarius armorum labor, neque militaris vitæ duritia, neque imminentis prælii terror a studio litterarum avellere potuerunt. Hoc ego, Præsul Amplissime, tam illustre, tam celebre, tam gloriosum sequor exemplum, & ad summorum virorum imaginem meam ipsius vitam confingo. Quid simile, inquies, inter illorum magnas eximiasque virtutes, natamque ad imperitandum hominibus conditionem, & tuam vel imbecillitatem ingenii vel tenuitatem fortunæ? Nihil sane. Sed heroum, quamvis tardo pede, utcumque tamen, sectari vestigia præclarum & laudabile puto. Sunt enim magnarum rerum, parvis in operibus non ineptæ quædam imitationes. Eadem arte & parvi na-

vigii

vigii, & rostratæ navis utitur gubernator. Iisdem Architecturæ præceptis & urbium amphiteatra, & privatorum ædificia construuntur. Iisdem penicilli lineamentis & Gygas pingitur & Pigmæus. Et quemadmodum in exiguis nostris corporibus, immensæque hujus machinæ cæli, terrarumque expressa quædam inest similitudo: ita maximarum actionum quandam effigiem minutis negotiis repræsentare nihil vetat. Sequor igitur & Octaviani studium Augusti quem Mutinensi, Perusinoque bello quotidie declamasse Svetonius, aliique testantur: & C. Plinii senioris industriam, quem Nepos quadam in Epistola scribit non minimam librorum partam vel in itinere, vel in expeditione conscripsisse. Sequor hæc, ut licet, ut valeo; & tempus ab opere militari quod vacat, si non utiliter, saltem laudabiliter expendo. Inter hæc vel nocturna studia, vel festina, vel bellicis interrupta muneribus, Clarorum Virorum vitas, quas antequam bellum exardesceret, brevi elogiorum circuitu comprehensas, mandare litteris institueram, nonnunquam vel corrigendo vel augendo pervolvo: quod cum ex instituto nuper facerem meo, occurrit mihi elogium Cardellini, in quo Antonii Querengi ejus pronepotis fit mentio, quem & tu, Vir omnium erudi-

 tissi-

tissime, facis plurimum, & ego tamquam eloquentiæ numen aliquod, quantum mortalia licet, religiose colo. Memor igitur sermonis illius, quem proximis hisce diebus Belluni simul habuimus, in quo ab utroque nostrum, summis est Querengus laudibus celebratus, hoc quidquid est ad te mittere decrevi, hoc scilicet consilio, ut hæc lucubratiuncula e tabernaculis egressa castrensibus, post paucos exinde dies e tuo idest e Musarum contubernio emendatior aliquanto, multoque purgatior ad nos regrederetur. Vale Præsulum ornamentum, & nos tui obsequentissimos, ut facis benigna voluntate prosequere. Cadubrii Pridie Cal. Maii MDCXVII.

A N-

ANTONIUS CARDELLINUS.

